

PROLOGVS.

ἔντυκται
ῥογία.

Petio.

Ne plus iniquam quam equam oratio.
Facite, equi sitis, date crescendi copiam
Novarum, qui spectandi faciunt copiam
Sine vijs: ne ille pro se dictum existimet,
Qui nuper fecit seruo currenti, in via
Deesse populum: cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
Adeste aequo animo: date potestatem mihi,
Statariam agere vt liceat per silentium,
Ne semper seruus currens, iratus senex,
Edax parasitus, Sycophanta autem impudens,
Auarus Leno, assidue agendi sint seni
Clamore summo, cum labore maximo.
Mea causa causam hanc iustam esse animum indu-
cite.

Vt aliqua pars laboris minuatur mihi:
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni:
Si qua laboriosa est, ad me curritur.
Si lenis est, ad alium deferitur gregem.
In hac est pura oratio, experimini,
In viranq; partem ingenium quid possit meum.
Si nunquam auarum precium statui arti meae,
Et eum esse quastum in animum induxi maxumum.
Quam maxime seruire vobis commodis:
Exemplum statuite in me, vt adolescentuli
Vobis placere studeant potius, quam sibi.

Actus

ACTVS PRI-
MI SCENA

PRIMA.

CHREMES, MENEDEMVS, senes.

Senarij,



Vanquam haec inter nos nuper noti-
tia admodum est,
Inde adeo quod agrum in proximo
hic mercatus es, (sunt:
Nec rei ferè sanè amplius quicquam
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
(Quod ego in propinqua parte amicitiae puto)
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
quod mihi videre praeter atatem tuam
Facere, & praeter quam res te adhortatur tua.
Nam pro Deum, atq; hominum fidem, quid vis tibi?
aut


Quid quæris? annos sexaginta natus es.
Aut plus eo, vt conyicio, agrum in his regionibus
Meliozem, neq; precij maioris nemo habet:
Seruos compluris: proinde quasi nemo fiet,
Ita tute attentè illorum officia fungere
Nunquam tam mane egredior, neq; tam vesperi
Demum reuertor, quin te in fundo conspicer
Fodere: aut arare: aut aliquid ferre, demiq;
Nullum remittis tempus, neq; te respicis,
Haec non voluptati esse, satis certo scio.


N 2

Præsus
rhetoricè
orditur &
narrat. Su-
mit autem
exordium
ab officio
vicini.


Propositio
obiurgati-
onis.
Expositio
contincns
rationem
obiurgati-
onis.

At





1
Time Citron
J. S. 9 0



Albrecht von Sickingen
Furor Germanicus

223
any K
215

P. T E R E N T I I
C O M O E D I Æ
S E X , I A M D E N V O S C H O .

L I I S I L L V S T R A T A E , A T Q V E
C A E T E R I S M V L T O C A -
S T I G A T I O R E S

Edite studio & labore

Philippi Melanthonis ac Erasmi
Roterodami.



Francfordiæ ad Oderam.
eß

FRANCOFORDIÆ AD ODERAM,
EXCVDEBAT ANDREAS
EICHORN.

Georgij Marquart

Ex
libris
Andreas
Weller.

Lib Alberti Reschmichy
Nob. Borussii.
Anno 1609



2615 1920



2

Adhortatio P Melanthonis, de legendis Tragædijs & Comædijs.

SÆpè de hominum moribus, & de disciplina cogitans, Græcorum consilio valde admiror, qui initio Tragædias populo proposuerunt, nequaquã vt vulgo existimatur, tantum oblectationis causa, sed multo magis, vt rudes ac feros animos, consideratione atrocium exemplorum & casuum flecterent ad moderationem, & frenandas cupiditates, quod in illis Regum & vrbium euentibus imbecillitatem naturæ hominum, fortunæ inconstantiam, & exitus placidos iuste factorum: E contra verò, tristissimas scele- rum pœnas ostendebant. Qua in re & hoc singularis prudentiæ fuit, eligere argumenta, non vulgariu casuum, sed insignium & atrocium, quorum côm memoratiõne cohorrescerent tota theatra. Non n. mouetur populus leuium aut mediocrium miseriarum cogitatione, sed terribilis species obijcienda est oculis, quæ penetret in animos & diu hæreat, & moueat illa ipsa commiseratione, vt de causis humanarum calamitatum cogitent, & singuli se ad illas imagines conferant. Nec fuit exigua facultas & ars, grandiloquẽtia sermonis & gestuum varietate, magnitudinem rerum vtcunq; exprimere. Ego ipse sæpe toto corpore cohorresco, le-

A D H O R T A T I O

gens tantum, non etiam intuens, ut in theatro agentes Sophoclis aut Euripidis tragœdias. Nec verò quisquam tam ferreus est, qui sine animi consternatione legat fratrum Thebanorum certamen, & matris locastæ exitum, quæ diremptura prælium, cum tardius venisset, ex alterius filij vulnere ensem extrahit, & hoc ipso ense, qui filij cruore madebat, miserrima mater sese transfigit, postea se mediam inter filios abijcit, brachia spargens, quasi in vtriusq; complexu moritura. Quid hac imagine lugubrius cogitari potest? Hæc igitur agebantur, spectabantur, legebantur, audiebantur à sapientibus, & à populo, non ut erotica, sed ut doctrina de gubernatione vitæ. Euentus isti commonefaciebant homines de causis humanarum calamitatum, quas accersi & cumulari pravis cupiditatibus in his exemplis cernebant.

Et sicut Pindarus inquit: Ixionem implicitum rotæ apud inferos clamitare hanc vocem, quam Virgilius reddidit:

Discite iusticiam moniti, & non temnere Diuos. Ita
 Tragœdiarum omnium hoc præcipuum est argumentum. Hanc sententiam volunt omnium animis infigere, esse aliquam mentem æternam, quæ semper atrocia scelera insignibus exemplis punit, moderatis verò & iustis plerumque dat tranquilliores cursum. Et quanquam hos etiam interdum fortuiti casus opprimunt. Sunt enim
 multæ

PHILIP. MELANT.

multæ arcane causæ, tamē illa manifesta regula non propterea aboletur, videlicet semper, Erynias & sævas calamitates comites esse atrocium delictorum. Hæc sententia multos ad moderationem flectebat, quæ nos quidem magis mouere debet, qui scimus eam & in Ecclesiâ clara Dei voce traditam esse. Quare tragœdiarum lectionem valde vtilem adolescentibus esse, nõ dubium est, cum ad cõmonefaciendos animos de multis vitæ officijs, & de frenandis immoderatis cupiditatibus, tum verò etiam ad eloquentiam. Summus est n. splendor verborum & gestus maximè incurrentes in oculos, ad omnes animorum motus ciendos accommodati. Sunt autē hæc duo lumina orationis præcipua, Et quamquam multæ causæ recitari possent, quæ studiosos ad Tragœdiarum lectionem inuitant, tamē vel hæc vna persuadere sanioribus debet, quia omnes omnibus ætatibus degustata hac lectione quò sæpius easdem tragœdias relegunt, eò magis consilia operum, & seriè ac formam expositionis mirantur, & sese ad cogitationem de vitæ humanæ miserijs, remedijs, & gubernatione exuscitant. Appetuntur ergo auidius quò magis introspectæ sunt. Ac vt in excellenti pictura nõ potest ars subito contuitu iudicari, ita in his operibus sapientiss. scriptis, non statim perspici omnia membra possunt. Quare vsitatum fuit, sæpe in theatra easdē fabulas referre. Nec nihil

A D H O R T A T I O

causæ est, cur in Plaut: quodâ prologo dictû sit:
*Qui vtuntur vino vetere, sapientes puto.
 Et qui libenter veteres spectant fabulas,
 Antiqua & opera & verba cum vobis placent,
 Equum placere est ante veteres fabulas:
 Nam nunc nouæ quæ prodeunt Comœdiæ,
 Multo sunt nequiores, quàm nummi noui.*

Dixi prolixius, quo consilio excogitatæ sint
 Tragœdiæ, & quam sint vtilis ad mores regen-
 dos, & ad eloquentiã, quia & morum & eloque-
 tiæ exempla sunt illust. in Tragœdijs quàm in
 Comœdijs. Etsi autem Comœdiæ ioci & oble-
 stationis causa magis fictæ sunt, tamen consili-
 um penè est simile: Et quidem vetus comœdia
 propior est Tragœdiæ. Apud Aristophanem
 nō sunt meretricum, amatorum, lenonum, col-
 loquia, sed exempla ciuium, quorum alij Rem-
 pub. benè rexerunt, alij turbarunt ac euerterunt.
 Et dissimilitudo voluntatum, consiliorum &
 euentuum proponitur, ad commonefaciendos
 spectatores aut lectores, quales singuli guber-
 natores sint, qui probandi, qui imitandi, qui fu-
 giendi, Etsi autem hominum vita nec solis præ-
 sidijs humanis defendi, nec regi sola diligentia
 humana potest, & Respub. multas habent fata-
 les mutationes, tamen plerunq; est vtilius mo-
 derari impetus, & videre metas officij, nec ex-
 tra has euagari, nec appetere maiora. Hæc dili-
 gentia aliqua ex parte in potestate nostra est, &
 cum accedit iuocatio Dei, valde vtilis est. Te

4

PHILIP. MELANT.

nebat imperij Romani partem Antonius flo-
rentiss. latè dominabatur, habebat opes maio-
res, quàm quisquã Regum toto orbe terrarum
nunc habet. His frui poterat securus, non im-
pediente Octauiò. Sed dum extra metas sui
muneris prouehitur, ac solus vniuersum impe-
rium concupiscit, bellum non necessarium O-
ctauiò infert, in quo victus, cum supplex ab
irato victore vitam impetrare non posset, ipse
sibi mortem consciscit. Hic fuit exitus belli
non necessaria causa moti. Ita exagitantur a-
pud Aristophanem multi ambitiosi, inquieti,
turbulenti, πολυπράγμονες, leues, vertumni, in-
flectentes se subinde ad aliam partem aut rixa-
tores, morosi, pertinaces, ἑλεονικῆς, veterato-
res, sycophantæ, architecti prauorum consili-
orum, arte aliorum animos præparantes &
occupantes. Tales sunt: Cleo, Bachidides, Al-
cibiades, Stenelaides, Antipho, Hyperbolus,
& multi alij. E contra iusti, moderati, fugitan-
tes non necessaria bella, constantes in senten-
tijs honestis, condonantes multas iniurias
publicæ tranquillitati, Cimon, Nicias, Dio-
dorus, & pauci alij. Cum autem semper in
gubernatione ciuitatum similes sint alij bono-
rum, alij malorum, quos comœdiæ describunt,
vtile est, imagines vtrorumq; diligenter con-
siderare, vt commonefacti, eligamus iusta &
moderata consilia, nec accendi nos ambitione,

ADHORTATIO

ira cūdia, cupiditate vindictæ, avaritia sinamus, ut extra metas officij proueamur, aut moueamus res iniustas aut non necessarias.

Nec tantum res considerentur, sed etiã orationis lumina, quæ sunt insignia in harũ imaginũ descriptione. Ut piscatores, inquit Aristop. non capiunt anguillas, nisi prius agitato & turbato stagno: Ita Cleo, quoties inconcessam aliquam utilitatem aucupatur, prius turbat ciuitatem. Nam iniusta obtineri non possunt, donec legum ac iudiciorum autoritate audacia frenatur. Hic circūspice animo, quoties, quã multos hæc ætas viderit, qui utilitatis suæ causa Rempub. mouere, aut abolere iudicia conati sunt. Hęc collatio adferet lucẽ Comœdijs, & ostendet quo consilio scriptæ sint. Hunc eundẽ Cleonem pingit in concione ouium, balænæ specie præidentem, & dictantem sententiam perterritis ouibus, ituris in suffragium. Hęc imago mihi incurrit in oculos, quoties cogito de Synodis, in quib. doctorum & piorum vox terrore potentum oppressa est. Hunc eundem Cleonem alibi dicit, alterum pedem in castris, alterum in curia habere. Ita semper multi sunt & fuerũt prophani, indocti ἡλυπεῖ γμορες, qui alterum pedem in aulis, alterũ in Ecclesiastica concione habent, ac pariter leges ferunt de imperijs & de doctrina. Harum figurarum in comœdijs anima duersio simul & de vita hominũ
 multa

multa monet, & conducit ad eloquentiã. Possu-
 mus enim & hæc ipsa exempla ad præsentia
 negotia, aptè transferre, & his lectis, multa ipsi
 excogitare similia. Fuit autem initio non in-
 grata Athenis hæc libertas nominatim taxandi
 ciues: Ac virtus ducebatur, quæ monebat po-
 tentes, vt populi iudicia vereretur: deinde me-
 tu potentum, ingeniosi homines, præsertim in
 ciuitate ociosa, in qua amisso imperio studium
 virtutis, languidius erat, & plus voluptatum &
 populus tranquillam seruitutẽ magis amabat,
 quàm imperij gloriam, quæ sine magnis labori-
 bus, certaminib. & periculis retineri nõ potest,
 transtulerunt Comœdias ad priuatorum, imò
 ad iuuenum, meretricũ & seruorum ludos, pe-
 ricula & inexpectatos casus, qui cum exitus sũt
 læti, magna cum voluptate audiuntur. Et tamẽ
 consilium in describẽdis personis, idem fuit in
 hac noua comœdia, quod in veteri. Sed rectè fi-
 ctis nominibus, & priuatis personis, potẽtiores
 significabantur, & miscebantur consilia de om-
 nib. vitę partibus, ac tantum venustatis & lepo-
 ris in Menandri fabulis fuit, qui autor est præ-
 cipuus nouæ comœdiæ, vt dixerunt illo sale
 conspersas esse, ex quo Venus, quã fingunt mari
 ortam, nata dicitur. Cum autem eadem ætate
 multi Athenis in eodẽ genere scribendi elabo-
 rauerint, magnoperè dolẽdum est, seu hominũ
 barbariẽ, seu ppter excidia vrbiũ, omnia fundi-

A D H O R T A T I O

tus interijſſe. Nã & ex Latinis vtcunq; eſtimari
 poteſt, quantum venuſtatis in Græcis fuerit, &
 fragmenta ſunt elegantiſſima. Deniq; conſen-
 taneum eſt, homines Atticos ingenijs & crudi-
 tione excellêtes, lepore inter ſe certantes, cum
 & honos eſſet huic ſtudio, & alij ab alijs cū ex-
 citarentur, tū adiuarentur, non inſulſos iocos,
 quales nunc ſunt ſcurrarum aulicorum, in the-
 atra attuliſſe, ſed ſapienter excogitata argumen-
 ta, & varietate doctrinæ & orationis ſuauitate
 dulciſ. ornata. Poſtquam verò monumenta
 horum interierunt, reliquijs fruamur, Plauti &
 Terentij fabulis, & has ſepius legamus, cum vt
 ſermonem latinum inde hauriamus, tum verò,
 vt morum & voluntatum diſſimilitudines in
 perſonis conſideremus. Aiunt Antiphane Com-
 micum Alexandro comœdiã recitantem, cum
 animaduerneret, Regi, in quo vrbalitas & ele-
 gantia ſumma erat, ineptias aliquas diſplicere,
 dixiſſe, ijs demum placere comœdias, qui et ipſi
 comeſſatores eſſent, & mulierculis plagas acci-
 pere, & eis dare plagas conſueuiſſent. Natura
 quidem ita fit, vt maximè eorum ſeu ludorum,
 ſeu ſtudiorum commemoratione moueamur,
 quæ exercuimus. Sed in fabulis non tantum ioci
 ſunt amatorij, alia multa ſunt plena ſapientiæ.
 Viderat Alexander in aula multos Demeas,
 Phormiones, Gnathones, viderat in exercitu
 multas Thraſones. Viſitatum eſt autem nobis
 omnibus

omnibus à talibus interdum contumelia affici. Horum imagines in Plauto & Terentio propositas, diligēter intueatur iuuentus, vt agnoscere, odisse, & fugere morosos rixatores, Sycophantas, ardeliones, arrogātes, assentatores, quorum plenæ sunt omnes ciuitates, discat. Nec Terentius ipse cum Demeam & Mitionem confert, ciues obscuros & ignobiles mente intuebatur: Sed Catonis morositatē irridebat, & Lælij seu Scipionis grauitatem, lenitate & suauitate temperatam laudabat. Ita erit dulcior lectio comœdiarum, cum vitam hominum contēplabimur, & quorū pingantur mores, animaduertemus. Interim & hoc proderit iuuenibus, videre, vbi à factis vulgaribus oratio ad Theses, & grauissimarum rerum doctrinam transferatur. Queritur seruus apud Plautum, nō reddi mutuum: Inde quam tragicam querelam extruit, de legum & bonorum morum contemptu:

Mores, leges perduxerunt iam in potestatem suam:

Hæc misera etiam ad parietem sunt fixæ clauis ferreis,

Vbi malos adfigi nimio fuerat æquus.

De re magna concionatur seruus, & tamen iocus est admixtus Comicus, de figendis ad parietem hominibus improbis.

Hæc commemorauī, vt adoleſcentes commonefacti de consilijs, quare primum scriptæ sint Tragœdiæ & Comœdiæ, & de earum
utilita-

utilitate, libentius eas & sæpius legant. Promitto etiam, ijs hoc euenturum, vt quò legent sæpius, eò magis admiraturos & amaturos, & lecturos eas auidius. Benè vale. Calend. Ianua. Anno 1545.

ERASMVSVS ROTERODAMVS
IOHANNI ET STANISLAO BONE-
ris fratribus Polonis, s. d.

IN teneris, inquit ille, cõsuescere multum est. Proinde consultum est, protinus optimis asuescere. Sic enim, fiet vt quæ natura sunt optima, eadem vsu fiant & iucundissima. Nihil est autẽ homini melius pietate, cuius semina cum ipso statim lacte sunt instillanda paruulis. Proximum locum habent disciplinæ liberales, quæ licet per se virtutes non sint: tamẽ ad virtutem præparant ingenium, dum id ex syluestri & immiti reddunt mansuetum & tractabile.

Porrò quod Aristoteles negat, adoloscẽtes idoneos esse discendæ Morali Philosophiæ, fortassis haud omnino falsum est. Verum id non tam accidit vel rei, vel humani ingenij vitio, quàm eorum culpa, qui vel sero tradunt eam, animis iam educatione praua corruptis, ac malis cupiditatibus occupatis, vel moleste & opere tradunt, magis illud affectantes, vt ipsi videantur acuti, quàm vt discipuli reddant meliores. Alioqui nihil magis secundum naturam est, quàm virtus & eruditio, quæ duo, si adimas homini, iam homo esse desijt. Vnum

4

Vnum quodq; autem animal eius rei maxime docile est, ad quam natura cōpositum est, velut equus ad cursum, canis ad venatum, auis ad volandum, Simius ad lusum. Non est igitur quod naturam incusemus, sed magis refert, unde pietatis & eruditionis elementa primum hauriantur, tum quem ad hæc ducem nanciscatur puer, præsertim rudibus illis annis, quibus ingenium etiamnum à vitijs purum, veluti cera mollis, in omnem fingentis habitum, sequax est, & obsecundans.

Itaq; multis nominibus vos felices iudico ornatis. pueri: Primum quod hoc seculo nati sitis, quod, ut veræ pietatis, ita & melioris literaturæ synceritas mirificè reuixit. Nam me puero, multum superstitionis habebat religio, & in scholis adolescentes summo cruciatu nihil ferè discebant, nisi dediscendum. Deinde quod is vobis pater contigit, qui liberos suos parum beatos fore iudicat, si opum ac dignitatis, quibus inter Polonicæ gentis Procures præcipuum tenet locum, eos parauerit hæredes, nisi & veris animi bonis cum locupletes reddiderit, tum ex politos. Nec enim ille sibi videtur parētis munus ad plenum obijisse, nisi quemadmodum genuit corpora, itaingat & animos, haud ignarus, hanc esse meliorem hominis partem, hanc esse præcipuam hominis possessionem. Vir enim pius non tam sibi vos educat, quam Christo ac Reipub. Quod vos genuit, nature est, quod vos curat,

7

EPISTOLA

curat, statim è nutricum sinu egressos honestissimis disciplinis imbuendos, veræ pietatis est, prudentiæ verò quod adhæc Anshelmum Ephorinum delegerit, virum integritate, prudentia, fide, doctrina, vigilantiaq; cum primis spectatum & exploratum. Quo nimirum acrius vobis enitendum est, ne quum omnia ad felicitatem suppeditata sint, ipsi vobis ipsis defuisse videamini.

Magna de vobis, de te præsertim Ioannes Bonere, expectatio est. Declarant hoc tã multæ Principum virorum ad me literæ, quibus indolem tuam mihi diligenter commendant. In primis prudentissimi Regis Sigismundi, dein ornatissimorum Præfulum Cracouiensis & Plocensis, clarissimi viri Christophori à Schydouitz, Sarmatici regni Præfecti, ne iam commemorem Antonium Medicum & Iustum, Regis à secretis, dignitate quidem inferiores, sed benivolentia pares. Intelligunt enim, regna nullis ornamentis melius decorari, quàm viris eruditione, prudentiaq; præcellentibus. Hanc laudis partem non minus ambit Rex, huius qui prudentissimus, quam tot ex hostibus victorijs delectatur. Et hætenus quidem satis feliciter studijs effloruit vestra Sarmatia, & si quid erat natiuæ feritatis, commercio literarum exiuit. Sed bona spes est, fore, yt hoc ornamentorum genere cum qualibet regione certare valeat, præfer-

8

DEDICATORIA.

præsertim ductu auspicijsq; Sigismundi Regis
iunioris, qui præter alias virtutes excellenti
Principe dignas, optimis quoq; literis sese regno
parat. Verum exhortandi gratia nonnihil &
antea scripsimus tibi, & in posterum, quoties
dabitur occasio, scripturi sumus.

Nunc quò calcar aliquod addamus cur-
renti, licet Terentij Comœdias Bonerici no-
minis auspicio prodire voluimus, sed multo
quàm antea fuerunt, castigatores. Hoc vt vel-
lem, effecit tua Stanislaiq; Glandini famuli
tui, dexteritas, qui nobis interdum aliquod
Scenas tam feliciter agere soletis, vt & imita-
tionem primum vt ait Fabius, in pueris inge-
nij signum & memoriam vehementer admira-
rentur, quicumq; nobiscum spectabant: Non
ex alio scriptore melius discitur Romani ser-
monis puritas, nec est alius lectu iucundior,
aut puerorum ingenijs accommodatior. Cæ-
terum id præstabit Ephorini præceptoris dex-
teritas, vt & ad eloquentiam, & ad mores sit
utilis.

Quemadmodum enim bona prudentiæ
pars est, nosse varios hominum mores & inge-
nium, ita decorum & tractatio affectuum, qui
cum primis adferunt iucunditatem orationi,
Græci vocant ἦθη, ex nullo Rhetorum melius
discitur. Porrò cum inter oratorias partes præ-
cipuas sit argumentorum inuentio, ad hanc
quoq;

EPISTOLA

quoq; facultatem in omni causarum genere, parandam, Terentiana lectio conducit plurimum. Nec enim sine causa Criticorum suffragia artem huic auctori tribuere. Plus enim exacti iudicij est in vna Comœdia Terentiana, absit Nemesis dicto, quàm in Plautinis omnibus. Sed in tali Autore, velut in tabula quapiam Appellis, magni refert, quis adsit demonstrator. Qui si contingat egregius artifex, hæc lectio non solum valebit ad exhilarandum animum, nõ tantum ad emendatè loquendum, non modo ad vberiore[m] dicendi facultatem, verum etiam non parum adferet Philosophiæ Morali, quàm vnã Socrates existimauit esse perdiscendam homini, qui cupiat beatè viuere.

Itaq; ni te sponte currentem viderem, charissime Iohannes, etiam atq; etiam hortarer, vt reputes, quantum sis Deo nomen, cuius munificentia tam felicem indolem docileq; ingenium sortitus es: cui debes & parentem Severinum Bonerum, & Anshelmum parentem alterum, tum qualium virorum quanta de te sit expectatio, & in te coniecti ocell: postremo, quàm hæc ætas ad honestas disciplinas sit apposita, nondum enim vt opinor, annum decimum quartum excessisti.

Nam ad parandam eruditionem plus valet in teneris annis vnicus, quàm decem, vbi iam animus alijs occupatus curis, ad do-

cili-

9

DEDICATORIA.

tilitatem induruit. Adde huc, quòd ea de-
mum in omnem vitam tenacissimè hærent,
quæ pueri imbibimus.

Dimittam te si prius illud admonuero, vt
in omni genere carminum temet diligenter
exerceas, eò quod qui hanc eruditionis par-
tem neglexerunt, minore tum fructu, tum
voluptate versantur in Autoribus, qui car-
men conscripserunt. Iidem facilius labuntur
decepti mendis codicum, quos sæpenume-
ro prodit metri ratio. Quoniam autem in
hoc autore petturbatior ac liberior est car-
minum ratio, pauca quædam annotauimus,
lucis, vt opinor, nonnihil allatura parum ex-
ercitatis. Vale & fruere. Friburgi Bris-
gouiæ, pridie idus Decemb.

Anno à Christo nato,

1532.

B

DES.



DES. ERASMVVS ROTEROD.

DE METRIS COMICIS.



Comici latini multam libertatem sibi vsurparunt in versibus, sed nemo largius Terentio, adeo, vt apud priscos quoq; fuerint, qui iudicarent, in huius fabulis nullam esse carminum legem. Sed hos falli manifestum est. Rursus fuerunt, qui non negarunt ab hoc seruari metrorum leges; sed ob immodicam libertatem, non esse operæ precium, torqueri doctos carminum dimensione, quod & res sit immensi laboris, nec ita multum adferat frugis. At ego ab vtroq; genere dissentio: nam vt manifestius est, quam vt egeat probatione, Terentiij Comœdias versibus constare, ita qui negligendam putarunt metrorum rationem, frequenter Poetæ sermonem corruerunt, dum aliam vocem pro alia subijciunt: quod nimium sæpe vsu venit scribis in autoribus solutæ dictionis, dum addunt atq; adimunt, dum verborum inuertunt ordinem. Non nihil etiam hic peccarunt eruditi, qui dum carminum genera distinguunt ac demetiuntur parum attenti, interiecerunt verba quædam, vt explerent versus hiatum, aut reseruerunt, quod videbatur superesse. Videtur autem studio factum à Terentio, vt dissimulato carmine, quam proximè accederet ad orationem solutam. Quod idem affectasse videtur Horatius

tius in sermonibus & epistolis. Hinc tanta in demetiendo difficultas, vt existimem, ipsum Donatum, aut Cornutum, aut Asperum, si vuerent, in locis aliquot vel hæuros, vel inter se dissensuros. Proinde, nos quatrūduanā opellam sumpsimus, vt adolescentulis aliquam huius difficultatis partem adimeremus, non quidem in omnes fabulas, sed in vnā perpetuō & in cæteris carptim, quo cœu filo adiuti, sese facilius è cæteris explicent Labyrinthis.

Constant autem huius fabulæ his fermè metrorum generibus.

Iambico trimetro, qui & senarij dicuntur, à numero pedum.

Iambico tetrametro, qui ab alijs quadrati, ab alijs octonarij dicuntur. Monometrum ac dimetrum rarò interijcitur. In hoc genere quouis loco pro iambo ponit tribrachium, spondæum, dactylum, anapestum: modo totius carminis penultima syllaba fit breuis. Si quidem in hoc versu: Nullum iam est dictum quod non dictum sit prius: omnes spondei sunt, excepto vltimo. Cuius generis & alios aliquot reperias.

Eandem libertatem sumit in trochaicis, tetrametris, catalecticis, satis habens, si totius carminis penultima sit breuis. Illud tamen vbiq; cauetur, ne vel trochæus ingredatur iambicum carmen, vel iambus trochaicum.

Iambicum tetrametrum interdum in fine fraudatur vna syllaba, producta penultima, quoties iambico dimetro acatalectico accinitur dimeter catalecticus, Veluti si : Iam lucis ordo sydere:accinas, Cultor Dei memento.

Quantquam in hoc quoq; genere vsurpatur, quum communis, de qua dictum est, comicorum libertas, tum illa peculiaris, quod pro penultima longa ponit interdum duas breues. Exemplum est in actus 4. scena 2. Iam vbi vbi erit, Inuentum tibi curabo, & mecum adductum. Hic penultima producta est. Ibidem : Orare iussit, si se ames hera, iam vt ad se venias. Item : Hanc expetiti, contigit, conueniunt mores, valeant. In his pro penultima longa ponuntur duæ breues. Hos versus etiam Scazontes appellant. Est Scazontis genus diminutum, quod dimetro iambico accinit duos trochæos : veluti in actus 3. scena 2,

Adhuc Archyllis, quæ adfolent.

Hic dimeter est: quæq; oportet. Duo sunt trochæi. Contra in alijs additur pes legitimo numero, interim prior carminis pars est trochaica, posterior iambica, & contra.

Admiscentur interdum & Cretici, siue amphimacri, qui pes mediam habet breuem inter extremas longas, sic vt singuli versus habeant quaternos aut ternos creticos, nisi quod hîc quoq; vsurpatur libertas Comica, sicut in cæteris. Exemplum est in 4. Actus, Scena 1. Vt malis gaudeant, atq; ex incommodis,

Qua-

49

DE METRIS COMICIS.

Quatuor cretici sunt, nisi φ tertius est spon-
dæus Ibidem : Tum impudentissima eorum
oratio est, tres habet creticos. Quanquam ar-
bitror, prius carmen vitiatum, mutato dictio-
num ordine. E tenim si sic legas : Et tamen
res cogit denegare, ibi tum eorum impuden-
tissima oratio est. Ut posterior versus excipi-
at Synalœphen prioris, carmen probè con-
stat. Quidam tamen malunt hîc esse trime-
tros trochaicos catalecticos.

Iambici trimetri facilior est dimensio, quâ
pentimimeris finit dictionem, velut: Effertur,
imus. Et : sic cogitabam. Difficilior, quum
contra. Ut: Honesta ac liberali; accedo ad pe-
dissequas. In pe cæsura est. Idem efficiunt cre-
bræ synalœphæ. Ut ibi, Quæ ibi aderant, for-
tè vnam aspicio adolescentulam.

In tetrametris, item iambicis ac trochaicis
durior est dimensio, si prior dimeter non fini-
at dictionem, præsertim si non fit iambicus,
aut si accedit synalœphe, ut: Meum gnatum
rumor est amare, id populus curat scilicet.
Prior dimeter finitur in ma, syllabam produ-
ctam, & excipitur à synalœphe re, id Rursus :
Qui postq̄ audierat, non datum iri, &c. Prior
dimeter definit in i, admixta synalœphe.

Turbat & illud lectorem minus exercitatū,
quod interdum repentè miscet iambica cum
trochaicis. Trimetra interdum & dimetra aut
monometra cū tetrametris, acatalectica cum
catalecticis, Cretica cum iambicis ac trochai-

cis, & locis aliquot annotauimus in margine. Ea mixtura maximè fit, vbi res sunt turbulentiore. Fit interdum, vt scena prior desinat in hemistichium, & ab huius clausula incipiat scena proxima. Velut in Andriæ actus tertij, scena tertia.

Sed eccum video ipsum foras exire.

Dimeter est plenus cum sesquiped. Perficitur initio scenæ sequentis: ab te ibam, quid nam est: vt sit scazon tetrameter catalecticus. Nonnunquam dictio quæ pertinet ad sensum versus sequentis, per elisionem annectitur fini præcedentis, vt in Prologo Eunuhi:

Qui benè vertendo, & eas describendo malè,
Ex Græcis bonis, &c.

Durius est, quum dissecta dictione, prior syllaba finit versum, reliquæ incipiunt sequentem, vt in Eunuhi actus tertij, scena prima: Continuo si quando illa dicet, Phædrum intromittamus comestatum, tu Pamphilam.

Elisiones item & synæreses, præsertim minus vsitatae apud recentiores, faciunt, vt lector imperitus frequenter hæreat in carmine. Eliditur autem in Comicis versibus u consonans, vt in prima scena: Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Rursus ibidem: Liberius viuendi fuit potestas. Nam antea, &c. Item in scena tertia: Enimvero Daue, nihil loci est segnitiae. Carmen enim incipit ab anapæsto.

Et ante in scena prima.

Enimuero spectatum satis.

Eliditur & s, tum in fine, tum in media dictione. In fine, vt in scena prima: Sed quid opus est verbis? sed quid opus, elisa simul & vocali e. Idem fit in satis:

Nec satis digna, cui committas, &c.

Rursus in Prologo Andriæ fit in medio dictionis. Id isti vituperant. Alijsq; locis compluribus, quorum aliquot in margine annotauimus.

Interdum eliditur i, vt in prima scena Andriæ: Pro vxore habere hanc peregrinam.

Ego illud fedulo,

Vt grinam ego il faciant dactylum. Hanc libertatem frequenter vsurpat Homerus, dum s elidit in οδυσσεύε, & I in ἀχιλλεύε.

Sæpenumero contrahuntur vocales, velut in his: Fuit, Deos, dies, meus, suus, scias, nihil, mihi, vt sint monosyllaba, Similiter: Ei, eis, huius, cuius, monosyllaba ponuntur subinde eorum, meorum, dissyllaba. Liberius viuendi fuit potestas. Di fuit, facit spondæum.

Scias posse habere iam ipsum suæ, &c.

Scias poss. spondæus est, & suæ vnica syllaba est. Meum gnatum rumor est amare.

Meum gna. spondæus est. Item, Antehac dissyllabum est. Nam quod ante hac fecit.

Frequenter eliditur d in quid & sed, pro vocali; & sicut in periculum elidimus u, idem hic facit in paululum & annulum. Quin &

syllabæ quædam aliter pronunciantur, quàm apud recentiores vsurpatæ sunt, velut in suspicio secunda p[ro]ducitur, vnde factum est, vt quidam legant suspicionem. Rursum in caue, vide, mane & abi, finalis corripitur. Minimo momento mutatur genus carminis, velut in actus quarti scena prima: Si legas: In denegando modo quis pudor est paululum? Trimeter est iambicus. Rursus si in annectas fini versus sequentis, versus constabit quatuor creticis: Denegando, modo quis pudor est paululum. Si in modo, facias Pyrrichium, erit trimeter trochaicus catalecticus. Dene-gando, modo quis, pudor est, paululum.

Porro inter iambicos tetrametros, acatalecticos & trochaicos tetrametros catalecticos tanta est affinitas, vt interdum nihil referat eundem versum vtrum per lambos, an per trochæos metiaris: velut in actus tertij scena 4, Utinam mihi esset aliquid hic, quo me nunc præcipitem darem. Si mihi, facias vnicam syllabam trochaicus est, si duas, iambicus est. Quale est in actus quinti scena prima: Satis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea. Item sequens: Satis periculi coepi adire, orandi iam finem face. Licet per iambos vel per trochæos metiri. Huius generis sunt & alij complures. Illud mihi monendus est lector, vt meminerit, à notato metro idem carminis genus durare, donec repererit annotatum diuersum.

DE METRIS COMICIS.
VOLCATII SEDIGITI DE
Comicis latinis Iambi.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poetae Comico cui deferant.
Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi,
Ut contra si quis sentiat, nihil sentiat.
Caecilio palmam statuo de Comico.
Plautus secundus facile exuperat ceteros.
Dein Naevius qui seruet, precio in tertio est.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinum facio Attilium,
In sexto consequitur hos Terentius.
Turpilius septimum, Traëa octauum obtinet.
Nono loco esse facile facio Lusium.
Decimum addo antiquitatis causa Ennium.

VARRO IN PARMENONE,
UT CITAT NONIUS MAR-
cellus.

In argumentis Caecilius poscit palmam,
In thesi Terentius, in sermonibus Plautus.

B 5 IOAN-

IOANNI GLORICERIO CHRIS-
TIANISSIMI GALLORVM REGIS
Secretario, & Primario Insubriæ Quæstori,
Franciscus Asulanus S. D.

QVicumq; Volcatius ille Sedigitus fuit,
qui iudicium de latinis Comicis, in his
qui circumferuntur, iambis tam audacter tul-
lit, vt nihil eum, qui contra sentiat, sentire di-
xerit: næ ille mihi omni ipse, prorsus videtur
sensu caruisse: Cæcilio palmam statuit faci-
lius id fortasse quàm decuit. Quâquam enim
de eo, cuius nulla extant scripta, iudicati nihil
possit, non parui tamen Ciceronis iudicium,
qui nunc malum eum esse latinitatis autorem
nunc malè locutum dicit, faciendum est. Sed
ob ipsam tamen hanc causam, quod omnia
eius scripta interciderunt, ne temerè in eum,
quem non legimus, pronunciaſſe quicquam
videamur, cum præsertim & Horatius etiam
grauitate cum dicat vincere, condonemus
fanè hoc Ciceronis iudicio, & rectè Cæcilio
delatam palmam existinemus. Quid quod
Plautum cæteros superare, ac sexto demum
loco consequi Terentium asserit? vllò ne id
pacto assentiri possumus? Ego verò, tantum
abest, vt in hac sim sententia, vt longo inter-
uallo post Terentium, Plautum arbitrer col-
locandum. Neq; veto vt hoc sentiam, sermo-
nis solum elegantia moueor, qua Terentium
facilimè omnes excellere, nemo est qui neget.
Volo in hoc parem illi Plautū esse, volo quod
hominis fortasse vitium sit, ætati ascribere.

Durius

Durior est Plautus, asperis quibusdam & obscuris verbis utitur, sic enim tunc loquebantur, non poterat ille alio quàm ætatis suæ sermone uti, longè Terentius cultior. Nihil in eo non lene, nihil non elegans, limatior tum scilicet latina lingua facta est. Non eius hæc propria existimanda laus, sed communis illius ætatis omnium. Vbi hæc, inquam, ita esse concedam, quid cætera, quæ multo maioris artis sunt? Possunt ne vlla ratione paria in vtroq; fieri? Omnibus mihi Plautus in rebus (liceat liberè proferre, quod sentio) videtur nimius. Ita illo Terentius parcior, vt nihil tamen quod desiderari possit, re inquitur. Hiæ ant nonnunquam, neq; satis cohærent Plauti Comoediæ. Ita omnia Terentiij inter se nexa, ita ex omnibus vnum quoddam conficitur, vt nihil aptius illis fabulis, nihil magis fieri ad vnguem possit. Atqui hoc id est, quod præcipuè præstari à Poetis, & à scriptoribus omnibus debeat, ac maximum, si aliud quippiam artem exigat. Iam decorum illud, quod in omnibus tantopere custodiendum rebus est, in fabulis verò, vbi congrua vnicuiq; personæ effingenda sunt omnia, nisi seruetur, nihil prorsus fiat, nemo Terentio attentius obseruauit: at huius nonnunquam Plautus obliuiscitur.

Ac mihi quidem aliquando hæc quæ diximus consideranti, ob id Plautus minus in his fortasse posuisse curæ videri solet, quod vnū illi studijum facetiarum fuit. Nihil ille aliud
 propo-

P R Æ F A T I O

propositum Comico Poetæ credidit, quàm populo risum mouere. Id dum vnum captat, vni huic rei dum inseruit, vt id quod voluit, maximè affecutus sit & vrbaniſſimus sit spectatoribus visus, multa certè alia & potiora omisit: atq; ipsi tamen etiam illi sales dum vndiq; eos colligit, vndiq; ex omni re aucupat, hebetes plerunq; ac scurriles sunt, ne quos extra illum in theatro concitari vulgè plausum, sedatus probare lector possit. Quam in re ita sibi Terentius moderatus est, vt in hoc quoq; non minus, quàm in cæteris, quæ à nobis dicta sunt, præstitisse omnibus videatur. Duo sunt facetiarum genera, in re alterū, alterum in verbo est positum. Multò id venustius & grauius, quod re tractatur. Acutum nonnunquam & elegans, quod in verbo est, sed frigidum tamen plerunq; est, & facillimè in scurrilitatem delabitur, si quis sibi in eo nō moderetur. Creber primo in genere, in secundo parcus Terentius. E contra Plautus in primo rarus, in secundo frequentissimus. Hinc factum est, vt rudi fortasse populo, & spectatoribus, quippe qui scurra sæpius, quàm Poeta delectentur, salſior sit Plautus visus, peritis certè auribus & sapienti lectori, nihil Terentio festiuis videri debet. Illius quæ lepida dicta sunt placere semel possunt, huius quo magis inspicuntur, eò venustiora apparent. Risum ille persæpe, sed & sæpe cachinum mouet: Terentius, atq; vt vno omnia verbo amplectar: in illo dicacitas, in hoc vrbaniſſitas con-

spicitur maxima. Atq; hanc quidem ego de Poetis his non tam liberè fortasse dixissem sententiam, nisi maximos quos sequerer viros, Horatium & Afranium eius autores habuissem, quos multò ego pluris, quàm Seditigum hunc, nescio quem, facio. Ac certimo inter Poetas omnes iudicio mihi fuisse Horatius videtur, nemo illo venustiores Poetas diligentius excussit, At ait is de Plauto:

At nostri proavi Plautinos & numeros & Laudauere sales: nimiū patienter vtrumq;, Ne dicam stultè mirari, si modò ego & vos Scimus inurbanum lepido seponere dicto, Legitimūq; senum digitis callemus & aure.

Et numeros & sales Plautinos non probat Horatius: nos de salibus diximus multa, quæ de numeris dici possent, ne lōgiore effemus, ac nimis omnia inquirere videremur, prætermittere ac condonare voluimus. Sed quid idem de Terentio Horatius? Vincere Cœcilius grauitate, Terentius arte. Parem Cœcilio Terentium facit cum grauitate alterum, alterum arte dicit vincere. Atqui ego ne grauitate quidem video, quomodo ab vilo vinci potuerit Terentius, quęcunq; in Comico esse aut potest, aut debet grauitas, in illo est, quod si grauior Cœcilius fuit, næ ille fortasse Comœdiæ sit fines prætergressus. Quanquam enim tollat plerumq; vocem Comœdia necesse est, ita tamen debet tollere, vt nullo illi pacto ad Tragœdiam ascendendum sit. Ob hoc ego Afranio libenter accedo, qui nemi-

nem

PRÆFATIO

nem Terentio dici posse similem affirmas, neq; cuiusquam verius fuisse iudicium arbitror. Probatiores alij fuerint populo, vnus ego Afranij, qui ipse egregiè togata scripsit, de comico Poeta iudicium, longe omnibus totius victricis terrarum omnium plebis Romanæ plausibus anteponendum censeo. At in alia sententia Sedigitus, grauis mihi autor opponitur. Non Terentio is Cæcilium solum & Plautum, sed Attilium etiam, si Dijs placet, (vt omittam alios) præferendum existimat. Quid ais bone Volcati? Eum ne etiam, quem Cicero & ferreum esse scriptorem, Licinio assentitur, & ipse durissimum vocat? sed non est profecto, quod admirer, non satis tibi elegantissimum hunc Poetam placuisse, ne id quidem admirarer, si post Ennium, quem postremum censes, collocasses. Hoc ego te sensisse, sed dicere ausum non esse arbitror. Vnum id admiror, inuētum esse quempiam, qui tua ista carmina tãquam oraculum quodam sibi proferenda duxerit. Sed valeat Sedigitus, nos Afranio assentiri, non pigeat, ac Terentium omnibus præstitisse Comicis credamus: neq; vni illam Comicam, quàm ei vnã defuisse dolet Cæsar (si modo sunt illa Cæsaris carmina) desideremus. Nihil illi defuit, omnia quæ Comico Poetæ præstanda sunt, præstitit, si quid desiderandum est in illo, desiderandum id est, vt ea aliquando in manus nostras veniant exemplaria, ex quibus emendatissimus emitti, ac confusi illitis restitui

16

restitui versus possint. Nihil est enim difficultus, quàm hos distinguere. Similimos ille eos proæ orationi esse voluit, vt nihil à sermone differre viderentur. Ob id proximis his rudibus, & bonarum literarum expertibus sæculis, versus crediti non sunt, & ab exscribentibus, librarijs confusi. Restituit horum multos Aldus fororius meus, dum viueret, multos nos eo mortuo ex veteribus libris correximus. Neq; tamen, quod audaciores alij affirmare ausi sunt, restitutum omnino Terentiũ credimus, erit fortasse, cum id affirmari à nobis poterit, nunc satis nobis sit, ex nulla vnquam illum officina post hunc exscribēdi libros modum inventum, castigatiorem prodixisse. Plures aut̃ ob causas tibi is, Glorieri clarissime, debetur liber, & promiserat iam eum tibi Aldus, & nihil est, q̃ tibi nostro etiam nomine, & ego & Andreas pater non debeamus. Tu Aldũ semper singulari quadam beneuolētia prosecutus es. Tu eo defũcto, omnem in nos amorem illum contulisti, neq; vnquam noua in nos quotidie beneficia congerere intermisisti, ex quo factum est, vt quo tibi pacto pares vnquam referri à nobis possint gratiæ, non videamus. Neq; tamen ob id hunc tibi à me librum dicatum quisquam existimet, quod plurimis ac maximis tuis in me meritis leui hoc munere satisfactum velim, tantum abest, vt id cogitem, vt ob hoc tibi etiam magis debiturus sim. Ob hanc etiam

præcipuè causam sub tuo nomine Terentium
 edimus, vt & is & reliqua omnia, quæ aut e-
 missa à nobis sunt, aut emittentur, patrocínio
 tuo defendantur, ac non parua ex tuo nomi-
 ne autoritas libris nostris accedat. Quod au-
 tem tibi ego, cui me plurimum debere profi-
 teor, plura etiam debere non verear, singu-
 laris quædam, quæ in te vno cernitur, in cau-
 sa est beneficentia. Tum tu tibi cumulatissi-
 mè relatum beneficium putas, cum nouo cu-
 mulas, neq; alium ex ipsa beneficentia fru-
 ctum quam beneficentiam petis. Ac osten-
 dunt se quidem reliquæ in te virtutes omnes,
 ob quas tanquam aliquod è Gallia missum
 numen Insubria te tota suspicit: Sed nescio
 quo pacto tamen longè magis omnibus ser-
 monibus celebratur. Quippe & multo hanc
 sibi omnes magis, quam cæteras prodesse
 sentiunt: neq; alia virtus est, quæ similiores
 nos Dñs efficiat. Atq; hac tu quidem ita
 quotidie tibi multos deuincis, vt difficile sit,
 qui te nouerit, & non tuo tibi aliquo benefi-
 cio obstrictus sit, reperire. Ego certè præter
 cæteros tibi tantum debeo, vt tibi quidem
 ipsi satisfacere vna tantum ratione, noua be-
 neficentia accipiendo, atq; illustriorem bene-
 ficentiam tuam faciendo possim. Cæteris
 quo me pacto non ingratum esse
 ostendam, non inueniam.

TEREN-

17

TERENTII VITA,
ET DE TRAGOEDIA ET
Comœdia, non pauca ex Aelio
Donato.

PVbius Terentius Afer Carthagine natus, seruiuit Romæ Terentio Lucano senatori, à quo ob ingenium & formam non institutus modo liberaliter, sed & mature manu missus est. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij, natus sit, & mortuus: nec si à Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisse, nullo commercio, inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto.

Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano & cum Lælio, quibus etiam corporis gratia, conciliatus existimatur: Quod & ipsum Fenestella arguit, contendens utroq; maiorem natu fuisse. Quamuis & Cornelius Nepos æquales omnes fuisse tradat, & Portius suspicionem de consuetudine per hæc faciat:

<i>Dum lasciuam nobilium & fucosas laudes petit,</i>	<i>Trochaici</i>
<i>Dum Africani voce diuina inhiat audis auribus.</i>	<i>tetrametri</i>
<i>Dum ad furium se cœnitare & Lælium pulchrum</i>	<i>catalect.</i>
<i>putat,</i>	
<i>Dum se amari ab hisce credit, crebrò in Albanum</i>	
<i>rapi.</i>	

c

ob

TERENTII VITA.

Hæc carmina Ob florem ætatis suæ, ipsius sublatis rebus ad summam inopiam redactus est. (ultimam.

ciata & Itaq; è conspectu omnium abiit in Græciã in terram mortuus est in Stymphalo Arcadiæ oppido: nihil Publius.

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius. Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè,

Eorum ille opera, ne domum quidem habuit conductitiam:

Saltem vt esset, quo referret obitum domini seruulus.

Scripsit Comœdias sex, ex quib. primam Andriam cum ædilibus daret, iussus ante Cærio recitare, ad cœnantem cum venisset, dictus est, initium quidẽ fabulæ, quod erat contemptorie vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse, post paucos verò versus inuitatus, vt accumberet, cœnasse vna, deinde cætera percurrisse, non sine magna Cærij admiratione. Hæc autem & quinque reliquas æqualiter populo probauit Quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita scribat:

Octo fester
tia ducentorum
precium est.

Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem his acta est, meruitq; præcium, quantum nulla antea cuiusquam Comœdia, id est, octo millia nummum. Propterea summo quoq; titulo adscribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est, adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Sci;

TERENTII VIIA.

& Scipione, quibus cum familiariter vixit. Eandem ipse auxit, nunquam enim nisi leuiter se tutari conatur, vt in Prologo Adelphorum :

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles

Hunc adiutare, assidueq; vnà scribere :

Quod illi maledictum vebemens existimant,

Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet

Qui vobis vniuersis, & populo placent :

Quorum opera in bello, in ocio, in negocio,

Suo quisq; tempore vsus est, sine superbia.

Videtur autem se lenius defendisse, quia sciebat Lælio & Scipioni non ingrati esse hanc opinionem: quæ tamen magis & vsq; ad posteriora tempora valuit.

Q. Memmius in oratione pro se ait: P. Africanus, qui à Terentio personam mutatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. Nepos autore certo comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Calend. Martij admonitum ab vxore, temporius vt discumberet, petiisse ab ea, ne interPELLARETUR: serius tandem ingressum triclinium, dixisse, non sæpe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum, vt scripta illa proferret, pronunciaſſe versus, qui in Heautontimorumeno:

Saris' pol proteruè me Syri promissa huc induxerunt.

*Hæc opinio
quadrat in
ratione tē-
porum.*

Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio vti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere. q̄ Sulpitio Gallo, homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum, vel Q. Fabio Labione, & M. Popilio Consulari utroq; Poeta. Ideo ipsum inuenies non designasse, qui se adiuuif se dicerentur. sed vires quorum operam & in bello, & in ocio, & in negotio populus sit expertus. Post editas Comœdias nondū quintum atq; trigésimum egressus annum, causâ euitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere: seu percipiendi Græcorum instituta, moresq; quos perinde exprimeret in scriptis, egressus vrbe est, neq; amplius redijt. De morte eius Volcatius tradit:

*Sed vt Afer sex populo edidit Comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit: nauim cum semel
Conscendit, visus nunquam est, sic vita vacat.*

Q. Conserius redeuntem è Græcia perijsse in mari dicit, cum centum & octo fabulis conuersis à Menandro.

Cæterum mortuum esse in Arcadiæ Stymphalo siue Leucadia tradunt, Cn. Cor. Dola-bella, Marco Fulvio nobiliore, Coss. morbo implicitum, acri dolore ac tædio amissarum satyrarum, quas in nauî præmiserat, ac simul fabularum, quas nouas fecerat.

Fuisse dicitur mediocri statuta gracili corpore, colore fusco, Reliquit filiam, quæ equiti
Ro-

Romano nupfit. Item hortulos v̄ginti iugerum, via Appia, ad Martis viam. Quo magis miror, Porium scribere : Nihil pulius

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius.

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles
facilimè,

*Facilimè a-
gentes, ap-
pellat diui-
tes ac po-
tentes.*

Eorum ille opera, ne domum quidem ha-
buit conductitiam :

Saltem vt esset, quo referret obitum Iomini
seruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus Cœnicis
præfert, scribens in Compitalibus.

Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solum Neuius & Pau-
to, & Cælio, sed Licinio quoq; postponit

Cicero in Timone hætenus laudat :

Tu quoq; qui solus lecto sermone Terenti,
Conuersum, expressumq; Latina voce Me-
nandrum

In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens ac omnia dulce di-
cens. Item C. Cæsar,

Tu quoq; tu in summis, ô dimidiare Menan-
der,

Poneris, & merito puri sermonis amator,
Lenib. atq; vtinã scriptis adiuncta foret vis
Comica, vt æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neq; in hac despectus parte ia-
ceres.

Vnum hoc maceror & doleo tibi deesse Te-
renti.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos

DE TRAGOEDIA.

Terentios Pietas fuisse scribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter Liberinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium Valgius in Actæone ait:

*Cedo aut si
mille verbū
dceft, forte
confultus.*

*Hæ uæ vocantur fabulæ, cuius sunt?
Non has quis iure populus () recensentibus dabat,
Honore sinno affectus () fecit fabulas.*

Duxab Apollodoro translatae esse dicuntur Conico, Phormio & Hecyra: quatuor reliquæ: Menandto, ex quibus magno successu & precio stetit Eunuchus fabula: Hecyra saepe exclusa, vix acta est.

DE TRAGOEDIA ET
Comœdia.

Initium Tragœdiæ & Comœdiæ à rebus diuinis est inchoatum, quibus pro fructibus vota soluentes operabantur arcaique.

*Hoc videtur
Cornuti: aut
ape-ri.
Tragœdia.*

Nam incensis iam altibus, & admotus hirco id genus carminis, quod sacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur, vel ἄρ' ἢ τράγος, hoc est, ab hirco, hoste vinearum, & à cantilena: Eius ipsius rei apud Virgil. plena fit mentio: Vel quod hirco donabatur eius carminis Poeta, vel quod vter eius, musti plenus solenne præmium Cantoribus fuerat: vel quod ora fecibus perlinebant Scenici, ante usum personarum ab Aeschilo repertum. Feces enim dicuntur Græcè τρύγες, Et his quidem causis Tragœdia nomen est inuentum.

At vero nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum Apollini Nomio, id est, pastorum vicinorumq; præfidi Deo constructis aris, in honorem diuinæ rei circum Atticæ vicos, villas, pagos & compita, festum carmen solenniter cantarent, orta est Conœdia ἡ τῆς κωμῶν ἐξ ἄδῃ, quod est comedatū ire cantantes, quod à Poetis solenni die, vel amatorie lasciuientibus choris Comicis non absurdum est. Itaq; vt rerum, ita etiam temporum ipsorum cæpto ordine Tragœdia prius prælata esse cognoscitur. Nam vt ab incultis & feris moribus paulatim peruentura est, ad mansuetudinem, vrbesq; sunt conditæ, & vita mitior atq; ociosior processit, ita res Tragicæ longè ante Comicas inuentæ.

Quamuis autem retrò prisca voluentibus reperiatur Thespis Tragœdiæ primus inuentor, & Comœdiæ veteris pater Eupolis cum Cratino Aristophaneq; esse dicatur: Homerus tamē, qui ferè omnis Poeticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit, & velut quadam suorum operum lege præscripsit, qui Iliadem instar Tragœdiæ, Olysseam ad imaginem Comœdiæ fecisse monstratur. Nam post illius tale tantumq; documentum, ab ingeniosissimis imitatoribus & digesta sunt in ordinem, & diuisa ea, quæ etiam tum temerè scribebantur adhuc impolita, atq; in ipsis rudimentis haudquam vt rosæ facta sunt, decora atq; leuia.

Tragœdiæ
& Comœ-
diæ veteris
inuentores.

Ilias Home-
ri Tragicæ.
Olysseam Comœ-
diæ.

DE TRAGOEDIA.

At nos ea, quæ propriè de Tragœdia dicenda sunt, titulo proposito operis instantes, in alia tempora differamus & de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus est, postquam demonstrandæ originis causa de vtriusq; initio generis diximus, quod necesse est, iam dicemus

*Comœdia
vetus.*

Comœdia ferè vetus, vt ipsa quoq; olim Tragœdia, simplex carmè (quemadmodum iam diximus) fuit, quod chorus circa aras fumantes, nunc spaciatus, nunc reuoluens gyro, cum tibicine concinebat. Sed primò vnâ persona substituta est cantoribus, quæ respondens alternis choro, locupletauit variatq; rem Musicam, tum altera, tum tertia & ad postremum crescente numero per actores diuersos, personæ, pallæ, cothurni, focci, & cæteri ornatus atq; insignia Scenicorum repperita, & ad hoc vnicuiq; suus habitus, & ad vltimum, qui primatum partium, qui secundarum & tertiârû, qui quartarum atq; quintarum actores essent, distributa & diuisa quinq; partito, tota est fabula, quæ tamen in ipsis ortus sui velut quibusdâ incunabulis & vix dâ incipiens κωμωδία dicta est ἀρχαία, idcirco quia nobis parum cognitis vitis, ut quia inest in ea velut historica fides veræ narrationi, & denominatio omnium, de quibus liberè describebantur. Etenim per p̄sicos Poetas, non vt nunc penitus ficta argimenta, sed res gestæ à ciuibus palam, curæ eorum

*Legendum
suspicio, ini-
tys nata est*

sæpe

sæpe qui gesserant, nomine decantabantur. Ideo ipsa suo tempore, morib. multum profuit ciuitatis, cum vnusquisq; caueret, culpa ne spectaculo cæteris esset, & domestico probro. Sed cum Poetæ abuti licentius stylo, & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata, siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est, Satyra sumpsit exordium, quæ à Satyris quos illos temper ac petulantes Deos scimus esse, vocitata est, etsi aliunde nomen traxisse præuè putant alij. Hæc, quæ fatyra dicitur eiusmodi fuit, vt in ea quamuis duro & velut agresti modo de vitijs ciuium, tamen sine vlllo proprij nominis titulo carmen esset. Quod item genus Comœdiæ multis obfuit Poetis, cum in suspensionem potentibus ciuibus venissent illorum facta descripsisse in peius, ac deformasse genus stylo carminis, quod primò lucilius nouo conscripsit modo, vt poësin inde faceret, id est vnus carminis plures libros. Hoc igitur, quo supra diximus, modo coacti omittere Satyram aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc est, nouam Comœdiam reperere Poetæ, quæ argumento communi magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertinerent & minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumento, consuetudine congrua, vtilis sententijs grata salibus apta me-

Satyræ
origo.

Comœdia.

metro. Vt igitur superiores illæ fati quæ celebrantur autoribus, ita hæc noua Comœdia cum multorum antea tum præcipuè Menandri Terentiique est. De qua cum multa dicenda sint, fat erit tamen, velut admonendi lectoris causa, quod de arte Comica veterum chartis continetur, exponere.

Comœdia vetus, vt ab initio chorus fuit, paulatimque personarum numero in quinque actus processit, in paulatim velut attrito atque extenuato choro, ad nouam Comœdiam sic deuenit, vt ita ea non modo non inducatur chorus, sed ne locus quidem vllus iam relinquatur choro. Nam postquam ocioso tempore fastidiosior spectator effectus, tunc cum ad Cantores, ab actoribus fabula transibat, consurgere & abire cœpisset, admouit Poetas primo quidem choros prætermittere, locum eis relinquentes, vt Menander fecit hac de causa, non vt alij existimant alia. Postremo, ne locum quidem reliquerunt, quod Latini fecerunt Comici, vnde apud illos dirimere actus quinque partitos difficile est. Tum etiã Græci Prologos non habent more nostrorum, quos Latini habent. Deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id est Deos argumentis narrandis machinatos, ceteri Latini instar Græcorum habent Terentius non habet. Ad hoc πρόσωπα πρόσθεν, id est personas extra argumentum accersitas, non facile ceteri habent, quibus Terentius sæpe utitur, vt per harum inductiones facile pateat
argu-

ET COMEDIA.

argumentum. Veteres, etsi ipsi quoque in metris negligentius vsi sint iambico versu duntaxat in secundo & quarto loco, tamen à Terentio vincuntur resolutione huius metri, quantum potest, comminuti ad imaginem profæ orationis. Tum personarum leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi, nemo diligentius Terentio custodiuit. Qui etiam solus ausus est, cum in fictis argumentis fidẽ veritatis assequeretur, etiam contra præscripta Comica meretrices interdum non malas introducere, quibus tamen, cur bonæ sint, & voluntas per ipsum & causa non desit.

Hæc cum artificiosissima Terentius fecit, tum illud est admirandum, quod & morem retinuit: vt Comoediã scriberet, & temperauit affectum, ne in Tragœdiam transiliret. Quod cum alijs rebus minimè obtentum, & à Plauto & ab Afranio, & Actio, & multis ferè magnis Comicis inuenimus. Illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod eius fabulæ eo sunt temperamento, vt neque extuñescant ad Tragicam celsitudinem, neque absciantur ad historiam. Adde, quod nihil abstrusum ab eo ponitur, aut quod ab historicis requirendum sit, quod sæpius Plautus facit, & eo est obscurior in pluribus locis. Adde, quod argumenti ac styli ita attentè memor est, vt nusquam non cauerit, aut curauerit ea, quæ obesse potuerunt.

Tum quod media primis atque postremis ita nexuit, vt nihil additum alteri sed aptum, ex se totum, & vno corpore videatur esse

DE TRAGOEDIA.

compositum. Illud quoque mirabile in eo: Primo, quod non ita miscet personas quatuor, ut obscura sit earum distinctio. Et item, quod nihil ad populum facit actorem, velut ex Tragœdia loqui, quod vitium Plauto frequentissimum est. Illud etiam inter cætera eius laude dignum videtur, quod locupletiora argumenta ex duplicibus negocijs delegerit ad scribendum: Nam, excepta Hecyra, in qua scribit Pamphili amorem, cæteræ quinque binos adolescentulos habent. Illud vero tenendum est, post nouam comœdiam Latinos multa fabularum genera protulisse, ut Togatas à scenicis atque argumentis Latinis: Prætextatas à dignitate personarum & Latina historia: Attelanas à ciuitate Campaniæ, ubi actitate sunt plurimæ; Rhynthonicas, ab actoris nomine Tabernarias, ab humilitate argumenti & styli: mimos ab diuturna imitatione vilium rerum & leuium personarum: Inter Tragœdiam autem & Comœdiam cum multa, tum imprimis hoc distat, quod in Comœdia mediocris fortunæ hominum, parui impetus, periculaque lætiisque sunt exitus actionum. At in Tragœdia omnia contraria, ingentes personæ, magni timores, exitus funesti habentur. Et illic turbulenta prima, tranquilla vltima. In Tragœdia contrario ordine res aguntur. Tum quod in Tragœdia fugienda vita, in Comœdia capessenda exprimitur. Postremo quod omnis Comœdia de fictis est argumentis, Tragœdia sæpe ab historica fide petitur.

Fabularum genera.

Togata.

Prætex.

Attelanae,

Rhyton.

Taberna.

Tragœdia

& Comœ-

diæ diffe-

rentiæ.

Latinae fabulae primo à Liviò Andronico scriptae sunt ad cunctas res, etiam tunc, cum recentius idem Poeta & actor fabularum suarum fuisset, Comœdiæ autem motoriae sunt, aut statariae, aut mistae: Motoriae turbulentæ, statariae quietiores: mistae ex utroq; actu constantes.

Fabula à quo primū scripta.

Comœdiæ per quatuor partes diuiditur: Prologum, Protasin, Epitasin, Catastrophem. Prologus est velut præfatio quædam fabulae, in quo solo licet præter argumentum aliquid ad populum, ex Poetae, vel ex ipsius fabulae, vel ex actoris commodo loqui. Protasis primus est actus, initium dramatis. Epitasis incrementum processus turbatum, ac totius, vt ita dixerim, motus erroris. Catastrophe conuersio rerum est ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum.

Comœdiæ partes. Prologus. Protasis. Epitasis; Catastrophe.

Comœdia est fabula diuersa instituta continens, affectuumq; ciuiliū ac priuatarum rerum, qua discitur, quid sit in vita vtile, quid contra euitandum. Hæc Græci sic definiere: κωμῳδία ἔστιν ἰδιωτικῶν ἢ πολιτικῶν πραγμάτων, ἀκίνδυνος περιουσία.

Comœdiæ quid.

Comœdiam esse Cicero ait imitationem vitæ, speculū consuetudinis, imaginem veritatis. Comœdiæ autē à more antiquo dicte, quia in vicis huiusmodi carmina initio agebantur apud Græcos, vt in Italia in cõpitalis ludicris, admisso pronunciationis modulo, dum actus commutantur, populus detinebatur;

batur;

DE TRAGOEDIA.

batur. Aut ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc est, ab actu vitæ hominum, qui in vicis habitabant, ob mediocritatem fortunarum: non in aulis regis, vt sunt personæ Tragicæ. Comœdia verò, quia poema sub imitatione vitæ atq; similitudine compositum est, in gestu & pronuntiatione consistit.

*Ex alio
rursus con-
gestæ.*

*Comœdiæ
origo.*

Comœdiam apud Græcos dubium est, quis inuenerit primus: apud Latinos certum est. Comœdiam & Tragœdiam togatam primo Liuius Andronicus reperit, atq; Comœdiam esse quotidianæ vitæ speculum. Nec iniuria: nam vt intenti speculo veritatis lineamenta facillè per imagines colligimus: ita lectione Comœdiæ imitationem vitæ, consuetudinisq; non egerimè animaduertimus. Huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus moribusq; peruenit. Athenienses namq; Atticam custodientes elegantiam, cum vellet malè viuentes notare, in vicos & compita ex omnibus locis læti alacresq; veniebant, ibiq; cum nominibus singulorum vitam publicabant: vnde nomen compositum, vt Comœdia vocaretur.

Hæc autem carmina in pratis primum mollibus agebantur: nec deerant præmia, quibus ad scribendum doctorum prouocarentur ingenia: sed & actoribus munera offerebantur. quod libentius iucundo vocis flexu ad dulcedinem commodationis vferentur. Caper namq; pro dono his dabatur, qui viribus noxium animal habebatur, quo
etiam

ET COMŒDIA.

etiam Tragœdiæ nomen exortum est. Nonnulli autem ex amurca olei fece, quæ est humor aquatilis, Tragœdiam dici vocariq; maluerunt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi Comœdiarum Tragœdiarumq; scriptores huius Dei velut patris, numen colere venerariq; cœperunt. Cuius rei probabilis ratio extitit: Ita enim carmina inchoata proferebantur, vt per eas laudes eius & facta gloriosa celebrari proferriq; constaret, tum paulatim fama huius artis increbuit. Thespis autem primum hæc scripta in omnium noticiam protulit, postea Æschylus secutus exemplum publicauit, de quibus Horatius in arte Poetica loquitur:

Tragœdia.

Thespis,
Æschylus.

Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camœnæ
 Dicitur, & palustris vixisse poemata Thespis,
 Quæ canerent agerentq; peruncti fecibus ora
 Post hunc personæ pallæq; repertor honestas
 Æschylus, & modicis instrauit pulpita tignis,
 Et docuit magnumq; loqui, nitiq; cothurno.
 Succesit vetus his Comœdia non sine multa
 Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim
 Dignam lege regi. Lex est accepta, chorusq;
 Turpiter obtulit sublato iure nocendi.
 Nil intentatum nostri liquere Poætæ.
 Nec nimium meruere decus vestigia Græca
 Ausi deserere, & celebrare domestica facta,
 Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Faalbu

DE TRAGOEDIA.

Fabulae partes.

Comœdiæ species.

*Cincius,
Faliscus.*

Comœdiæ formæ.

Fabula generale nomen est, eius duæ primæ partes sunt: Tragoedia & Comœdia. Si latina argumentatio sit, Prætexata dicitur. Comœdia autem multas species habet, Aut enim Palliata est, aut Togata, aut Tabernaria, aut attelana, aut mimus, aut Rhytonica, aut Planipedia. Planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut succo vtuntur in Scena, aut pulpito, sed plano pede: vel ideo, quòd non ea negotia continent, quæ personarum in turribus aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano aut humili loco personati primi egisse dicuntur Comœdiã Cincius & Faliscus, Tragoediam Minuthius & prothonius. Omnium autem Comœdiarum scripta ex quatuor rebus omnino sumuntur, nomine, loco, factò, euentu. Nominè vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus. Loco, vt Andria, Leucadia, Brundusina. Factò, vt Eunuchus, Asinaria, Captiui. Euentu, vt Cômorientes, Adelphi, Heautontimorumenus.

Comœdiarum formæ sunt tres Palliatæ, græcum habitum ferentes, quas nonnulli tabernatis vocant. Togatæ iuxta formam personarum, habitum togatum desiderâtes. Attelanæ salibus & iocis compositæ, quæ in se non habent, nisi vetustam elegantiam.

Comœdia autem diuiditur in quatuor partes: Prologum, Prorasin, Epitasin, Catastrophen. Prologus est prima dictio à Græcis dicta.

Ἐτα πρόλογος, id est, antecedens veram fabulae compositionem elocutio, Eius species quatuor sunt: συσάλυκός, commendatitius, quo fabula vel Poeta commendantur: ἀναφόρικός, relatiuus, quo aut aduersario maledicta, aut gratiae populo referuntur ὑπεβληκός, argumentatiuus, fabulae argumentum exponens: μικτός, mistus, omnia haec in se continens.

Inter Prologum & prologium, quidam hoc interesse voluerunt: quia Prologus est, ubi Poeta excusatur, aut fabula commendatur. Prologium autem est, cum tantum de argumento dicitur. Protasis est primus actus fabulae, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenenda. Epitasis inuolutio argumenti, cuius elegancia connectitur. Catastrophe, explicatio fabulae, per quam euentus eius approbatur. In plerisque fabulis ipsarum nomina priora ponebantur, quam Poetarum, in nonnullis Poetarum, quam fabularum, cuius moris diuersitatem antiquitas probat. Nam cum primum aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronunciabantur, antequam Poetae pronunciarentur, ne aliqua inuidia a scribendo deterreri possent. Cum autem per editionem multarum Poetae iam esset autoritas acquisita, rursus priora Poetarum nomina proferebantur, vt per ipsorum vocabula fabulis attentio acquireretur.

Prologus & eius species

Prologus
Prologium.

Protasis.

Epitasis.
Catastrophe.

Acta diuersis ludis manifestum est inscribi,

D

*Megalenses ludi,
Funebres.*

bi. Natn ludorum quatuor sunt species, quos Curules ædiles munere publico curant. Megalenses, magnis Dijs consecrati, quos Græci *μεγαλκσίτε* appellant. Funebres, ad retinendum populum instituti, dum pompa funebri decreta in honorem patricij viri plenè instruitur. Plebei, qui pro salute plebis eduntur. Apollinares, Apollini consecrati. In scena duæ aræ poni solebant, dextra Liberi, sinistra eius Dei cui ludi fiebant. Vnde Terentius in *Andria* ait: Ex ara hac fume verbenas.

Plebei Apollinares.

Hinc Vlysem semper palliatum inducunt, siue quod aliquando insaniam simulauit quo tempore tectum se esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire: seu ob singularem sapientiam, qua tectus, munitusq; plurimum socijs profuit. Huius enim virtutis erat, animi semper decipientis ingenium.

Vlyses palliatus.

*Personarum
Comicarum
amictus.*

Nonnulli Ithacæ incolæ, sicut Locros palliatos fuisse commemorant, Achillis & Neoptolemi personæ Diademata habent, quamuis regalia sceptrâ nunquam tenuerint, cuius argumenti probatio talis inducitur, quod nunquam cum reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cum Troianis bella, Sacramenta cōiurationis egerunt, nec vnquam sub Agamænonis imperio fuerunt, Comicis senibus candidus vestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur.

Adolescentibus discolor attribuitur. Serui Comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ

tiquæ gratia: vel quo expeditiores agant. Parasiti cum intortis palliis veniunt. Læto vestitus candidus, ærumnoso obsoletus, purpureus diuiti, pauperi Phœniceus datur, militi Chlamys purpurea, puellæ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varij coloris vititur, Meretrici ob avaritiam luteum datur.

Syrmata dicta sunt ab eo, quod trahuntur: quæ res ab scenica luxuria instituta est: Eadem in luctuosis personis in curiam sui per negligentiam significant.

Syrmata.

Aulæa quoq; in scena in terra strenuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regione Romam vsq; perlatus, pro quibus Siparia ætas posterior accepit. Est autem minutum velum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur.

Siparia.

Diuerbia hiltiones pronuntiabant. Cantica verò temperabantur modis, non à Poeta, sed à perito artis Musicæ factis. Neq; enim omnia iisdem modis in vno cantico agebantur, sed sæpe mutatis, vt significant, qui tres numeros in Comædijs ponunt, qui tres continent mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi modis faciebant, nomen in principio fabulæ & scriptoris & actoris superponebant. Huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, vt his auditis multi ex populo ante dicerent, quam fabulam acturi Scenici essent, quam omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus

Diuerbia.

Cantica.

Tibiæ dextræ & sinistræ in Comædijs.

P R Æ F A T I O .

pronunciaretur. Agebantur autem tibijs paribus & imparibus, & dextris aut sinistris. Dextræ autem tibiæ sua grauitate seriam Comœdiæ dictionem pronunciabant. Sinistræ & sarranæ acuminis leuitate iocum in Comœdia ostendebant. Vbi autem dextra & sinistra acta fabula inscribatur, mixtim ioci & grauitates denunciabantur.

AELII DONATI ERVDITISSIMI Grammatici Præfatio in Andriam Terentij.

Comœdia Andria cum palliata sit, de loco nomen accepit, & à Menandro prius & nunc ab ipso Terentio: qui cū de Chryside loqueretur, sic ait: Hei vereor, ne quid Andria apportet mali: & hoc commune vocabulum est, & in Græca & in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria est, continetq; actus amatorum, adolescentum, & Patrum piorum. Sunt ibi callidi serui, astutæ ancillæ, seueri senes, adolescentulæ liberales, in hac primæ partes senis Simonis sunt, secundæ Dauis, tertiæ Chremetis, & deinceps reliquorum. Prologus in hac actus inducitur, & in aduersarios non mediocriter exasperatur: sed tamen id subtiliter, vt omnia lacessitus facere videatur ac dicere. Hic Protasis subtilis, Epitasis tumultuosa, Catastrophe penè Tragica, & tamen repente ex his turbis in tran-

in tranquillum peruenit. Hæc prima acta est ludis Megalensibus M. Fulvio ædile, & M. Glabrione. Q. Minutio Valerio Curuibus. Egerunt L. Attilius Latinus Prænestinus, & L. Ambuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius, tibijs paribus, dextris & sinistris: & est tota Græca edita, M Marcello & Sulpitio Coss. Pronunciataq; est Andria Terentij, ob incognitum adhuc nomen Poetæ, & minoris apud populum autoritatis ac meriti. Diuerbis authenticis lepidè distincta est: & successu spectata prospero, hortamento Poetæ fuit ad alias conscribendas. Initium aut *πρότῳ ἀκούρ προώρημ*, id est, aduentitiam personam recipit Sosie propter euoluendam argumenti obscuritatem. Persona autem Protatica ea intelligitur, quæ semel inducitur in principio fabulæ, in nullis deinceps fabule partibus adhibetur. Adnotandum sanè puellarum liberalium nullam orationem in proscenio induci in Comœdia palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ, & quæ ipsa quoq; post scenam fieri solet.

ARGVMENTVM EIVS-
dem in eadem.

CHremes Atticus, pater Passibulæ & Philumenæ, cum ex his duabus se passibulam perdidisse falso crederet relictam Athenis, nec visam postea multo tem-

ARGVMENTVM

pore, tanquam vnicam sibi putabat Philumenam, quam Charinus adolescens Atheniensis adamabat vnice, & sibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro desponderat, qui Pamphilus contra sororem Chrysidis, ac peregrinam tum creditam, Palsibulam supra dictam, alteram Chremetis filiam sub nomine Glycerij latenter sic amauit, vt ex ea filium suscepisset, infcio patre. Quare intellecta commotus Simon pater Pamphili, dum per falsas nuptias tentat animum Pamphili, multis dolis à Dauo ipse deluditur seruo, periculocq; Charini & Pamphili motus error in fabula, vsq; ad eum finem ductus est, dum Athenas veniens Andrius quidam Crito rem aperiat, & nodum fabulæ soluat, per quem agnita Palsibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti. Philumena verè Charino despondetur, & traditur exoptanti.

Peripecto argumento, scire debemus, hanc esse virtutem Poeticam, vt à nouissimis argumenti rebus incipiens, initium fabulæ & originem narratiuè reddat spectatoribus: autoremq; præsentem sibi exhibeat, vbi finis est fabulæ. Hunc enim ordinem & circulum Poeticæ artis vel virtutis non modo secuti sunt Tragici, Comiciq; autores, sed Homerus etiam & Virgilius tenuerunt. Diuisionem actuum in latinis fabulis internoscere, difficile est: causam iam dudum demonstrauimus.

mus. Vnde autem, aut quo modo quamuis
 agré, tamen intelligi, distinguíq; possint, est
 operæ precium dicere. Principio dicendum
 est, nullam personam egressam quinque, ⁷⁰
 ultra exire posse: sed illa re plerunq; decipi-
 mur, quod personam cum tacuerit, egressam
 falso putamus, quæ nihilominus in proscenio
 tacens loquendi tempus expectat. Est igitur
 attentè animaduertendum, vbi, & quando
 scena vacua sit ab omnibus personis, vt in ea
 chorus vel tibicen audiri possit: quod cum
 viderimus, ibi actum esse finitum debemus
 agnoscere. Confundit sepè lectorem id, quod
 persona in superiori scena desinens, & in pro-
 xima incipiens loqui, non intelligitur ingres-
 sa: quod ipsum experientes statim diiudicant
 de rerum ac temporum quantitate. Potest
 enim fieri, vt sit ingressa & egressa, quam pra-
 uè credimus de proscenio non recessisse. Pos-
 se autem quinto egredi personam, & non ne-
 cesse esse dicimus, vt appareat ultra exire nō
 posse. In Tragœdia & parcius exire, & folere
 pariter, & licere.

Primus actus in Andria narrationem
 Simonis apud Sosiam continet argumenti,
 quod populus hac occasione perdiscit, mox
 querelam apud se Dauí de domino, & eius-
 dem cum domino verba: & rursus eiusdem
 seruí deliberationem quid rerum gerat.

Secundi actus hæc sunt, Charini verba
 primo cum Byrrhia seruo, & post cum ipso

ARGVMENT. IN ANDRIA.

Pamphilo de nuptiis : Pamphili sermo cum
 patre dolo consentientis in nuptias, Byrrhiæ
 verba, Dauï callida oratio aduersum senem.
 Tertio actu hæc attribuuntur : Mysidis cum
 obstetrice colloquium, Dauo ac Simone au-
 dientibus : partus Glycerij suspectus seni, &
 Dauï apud eum fraudulenta sermocinatio,
 Simonis verba cum Chremete de nuptiis,
 Dauï perturbatio ac Pamphili. Quartum a-
 ctum per hæc intelligimus : Primo Charini
 verba sunt indignantis, velut fidem sibi non
 seruata a Pamphilo, tum Mysidis verba a-
 pud Pamphilum, eiusdemq; questus : Dauï
 administratio doli aduersus Chremetem. In
 quinto actu Simonis & Chremetis proprie-
 iurgium disputatio, tum detectio fallaciarum
 Dauï, tum indignatio patris aduersus filium,
 tum Critonis interuentus, & per eum cogni-
 tis rebus in tranquillum res acta, ducentibus
 vxores, quas concupiuerant, Pamphilo &
 Charino. Illud non commouere nos debet,
 quod in horum actuum distinctione viden-
 tur de proscenio non discessisse personæ que-
 dam : sed tenere debemus, ideo Terentium
 vicinitatis mentionem fecisse in principio,
 vt modico receptu & adesse & abesse perso-
 nam intelligamus, nihil ergo secus factum
 est ab antiquis, qui ad hunc mo-
 dum Terentianas fabulas
 diuiserunt.

P HI

PHILIPPI MELANTHO
nis Præfatio.

NVllus est omnino scriptor in Latina lingua, quæ tantopere cognosci, edidiciq; retulerit, atq; Terentium. Nam cum prima virtus in oratione sit, propriè loqui, nec proprijs sermonis, artificem meliorè Terentio habeamus, dignus planè est, in quo perdiscendo plurimum operæ ac studij ponamus. Et ab his qui docent pueros, superstiosam etiam diligentiam in hoc autore enarrando requiro. Primum prodest monere, quæ Comœdiæ natura sit, quidvis spectarint Comœdiarum autores, nomen vnde factum sit. Atq; hæc quidem Donatus copiose exposuit. Conuenit autem inter omnes, autores Comœdiarum voluisse, & communium morum & casuum exempla proponere, quibus veluti admoniti, prudentius iudicemus de rebus humanis, & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt professores eò diligentius, vt sciant pueri, quid ex illis petere debeant, quem fructum facturi sint legendis Comœdijs. Nam quo propius cognorint & vim literarum, & vtilitatem, eò impensius iuuat discere. Porro nomen Comœdiæ factum est, vt plurimi dicunt, ἀπὸ τῆς κῶμῳ, i. e. à cōessatione, & ἀπὸ τῆς ὠδῆς, id est, à carmine, vt sit conuuiuale carmē. Nam in conuiuijs primum iocoso quodam carmine ciuium vitia iuuentas liberius taxabat: postea ars accessit, theatrorum consuetudo.

Aristoteles πρὶ κινήσεως, de nominis origine aliter sentit, nec piget adscribere eius verba: ὡς κωμωδοῦς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάρα, λεχθέντος, ἀλλὰ τῆς κῆ κώμας πλάνης ἀμυζομύσης ἐκ τοῦ ἄσι. Cætera Donatus.

In recensendis argumentis tabularum consilium Poetæ summa cura exponendum est. Quarum personarum descriptiones imprimis admirationem mereantur, in quib. locis plurimum commoretur Poeta, ubi plurimum neruorum, plurimum eloquentiæ ostendet, quos locos ita commendent pueris, ut & familiariter ament, & tanquam digitos suos no- rint. Et ob hanc causam fabularum omnium argumenta veteri more in πρότασις, ἐπίτασις, καὶ ἄλλοις, partiantur, ut distributa facilius assequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ continent periculum quoddam: nusquam enim consilio locus est, nisi in dubiis rebus. Neq; verò altud est Comœdia, nisi humanorum consiliorum & euentuum imago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, ut Glycerio fidem promissam præstet, postquã patri per errorem pollicitus est, futurum se in eius potestate, ac ducturũ quam vellet. Estq; hæc velut σάσις fabulæ. Consilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referenda sunt. Et tota fabula similis est orationi generis suasorij: Nam variè de tota causa consultant ienes, adolescentes, ac serui: Sed

πρότασις
propositio,
ἐπίτασις,
intentio,
κῆ κώμας
conuersio.

vt argumentum propius cernere queant pu-
eri, ordine singulas partes referemus.

PERICVLVM PROTASIS.

Cum amaret Pamphilus Glycerium, eiq; fidem dedisset, ducturum se esse vxorem, pater, qui arare filium compererat, consilium capit abstrahendi eius à Glycerio, simulat se vxorem daturum, poscitq; vt ne filius id recusset, s cum & patrem vereretur, & Glycerium deserere, parum piū iudicaret, pendet animi, nec habet, quo se vorrat: ibi Dauus intelligens simulari rem à patre, consulit herili filio, vt polliceatur patri, se eius in potestate futurum: periculi nihil esse, quandoquidem simulentur nuptiæ. Filius oblequitur, quanquã agrè, pollicetur patri ducturum se quam veller.

EPITASIS.

Interea spargitur de Pamphili nuptiis rumor. Resciscunt mulierculæ, quib. cum Glycerio consuetudo erat. Et pater cum à filio, quod voluerat, extorsisset, non iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur, Chremetem orat, vt gnãtam det vxorem filio suo. Facile impetrat. Hic de Pamphilo actum fuit, maturare nuptias pater studet. Et filius pollicitus erat, se in patris potestate futurum esse. Quæso, quomodo ex his turbis se explicet? quid faciat Pamphilus? Hic Dauus, cuius impru-

P R Æ F A T I O

imprudētia periculum contractum erat, cū
dolus non successisset, Chremetem deterret à
nuptiis, fidem faciens, amari aliam à Pam-
philo.

C A T A S T R O P H E.

At pater rem vrget, & processisset, nisi
casus, qui sæpe plus quàm ratio dubijs rebus
opem attulisset. Venit quispiam Cuto, qui
docet Glycerium Chremetis filiam esse, gra-
tum omnibus nuncium. Nuptiæ ex sententia
Pamphili conficiuntur. Vide ex quanto peri-
culo casu euaserit Pamphilus.

Est autem in more Terentio, in prima
ferè scena longa narratione commemorare
occasionem fabulæ: atq; eas narrationes plu-
rimi fecerunt veteres. Sic in Andria exponit
Pamphili amores, & patris consilium, quo is
filium à Glycerio diuulsurus erat. In reliquis
scenis pergit consilium exequi. Sunt adper-
sa narrationi illi primæ multa rhetorica or-
namenta. Est enim mirabiliter aucta com-
memoratione morum, studiorum, sodalitij
Pamphili, qua occasione Pamphilus deperi-
re in Glycerium cœperit, vbi pater id primò
deprehenderit. Hæc accuratè expendet pro-
fessor: & velim hic immodice etiam anxium
esse, καὶ πολυπραγμονεῖν interpretem. Est
enim modis omnibus efficiendum, vt mi-
rentur, vt ament hunc autorem pueri. Id ita
fiet, si rectissimè intellexerint. Exigendum
ab ipsis pueris, vt suo Marte argumenta fa-
bularum

bularum condant, vt locos aliquos retexant, & pluribus exponant, & tanquam ceram refringant: quæ exercitatio præter quàm quòd familiariorẽ hunc Poetam facit, facundiam etiam alit. Finguntur hic cordati senes. Dauus veterator, honesta ac pia mente præditus adolescens Pamphilus. Verum vt Pamphili ingenium rectius perspici posset, & vt aliquanto plus in fabula turbæ esset, confertur cum eo Charinus Pamphili dissimilimus, nihil moderatum in hoc, nihil consilij: Contra, in illo moderatiora omnia pene, quàm vel ætas poscit, vel finit amor.

In primis mirentur eloquentiam Poetæ in Pamphili querelis, in senis narrationibus, consultationibus & obiurgationibus: ab his exemplis & verba & figuras latini sermonis, & dicendi rationem assuescunt petere adolescentes, felicius haud dubiè collocaturi operam, quàm si interea velut formicæ Indiæ aurum conueherent.

Fabulæ interlocutores.

<i>Simio senex.</i>	<i>Byrrhia seruus.</i>
<i>Pamphilus adolescens.</i>	<i>Crito hospes.</i>
<i>Dauus seruus.</i>	<i>Chremes senex.</i>
<i>Dromo lorarius.</i>	<i>Glycerium meretrix.</i>
<i>Sofia libertus.</i>	<i>Mysis ancilla.</i>
<i>Charinus adolescens.</i>	<i>Lesbia obstetrix.</i>

IDI O-

IDIOMATA PERSO-

narum præcipuarum.

Simo pius in filium, sed natura vehementior. Pamphilus pius in patrem, sed fideliter amans & cordatus, ut adolescens Dauus vafer & spei pertinacis. Charinus simplex, ac nullius consilij. Byrrhia Dauo dissimilimus, desperandi autor. Crito pauper, sed ob probitatem impatiens contumeliæ. Chremes pius in filiam, alioqui Simoni dissimilimus, ingenio sedato & placido componens omnia Myfis callida, & hæcæ amans.

RATIO NOMINVM.

Simo dictus est à specie: Simi enim ferè sunt itacundi. Chremes παρὰ τὸ γρημψαρ, quod senes tussis expurgent pectus Pamphilus à fideli amore. Charinus à benevolentia animi. Sofia quod seruatus in bello. Dauus à patria opinor & Byrrhia, sicut & Myfis: nam Myfi quemadmodum Phryges, seruile genus erat. Glycerium à voluptate. Lesbia à patria. Crito quod controuersiam dirimat. Dromo à cursu.

C. SVLPITII APOLLI-

naris Periocha in Teren-

tij Andriam.

Soro-

52

ARGVMENTVM IN
ANDRIAM.

Sororem falso creditam meretriculæ,
Genere Andriæ Glycerium viriat Pamphilus,
Gravidaq; facta, dat fidem, vxorem sibi
Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat,
Gnatam Chremetis: atq; vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cūpiens suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat,
Mox filiam Glycerium in sperato agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, M.
FVLVIO ET M. GLABRIONE ÆDI-
LIBVS CVRVLIBVS, EGERVNT L.
AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS
PRÆNESTINVS, MODOS FECIT
FLACCVS CLAVDII FILIVS, TI-
BIIS PARIBVS, DEXTRIS ET SI-
NISTRIS, ET EST TOTA
GRÆCA, EDITA M.
MARCELLO, C.N.
SVLPITIO
COSS.

PRO-

8

P R O L O G V S.

- Exordium, **P**oeta cum primum animum ad scribendum ap-
 quo excusat **P** Id sibi negoti credidit solum dari, pult,
 se, quare in Populo ut placerent, quas fecisset fabulas,
 prologis li- Verum aliter euenire multo intelligit.
 tiget, quia Nam in prologis scribundis operam abutitur,
 scilicet ad- Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
 uersarius Veteris Poetae maledictis respondeat.
 prouocari Nunc quam rem vitio dent quaeso animu aduertite.
 Narratio, Menander fecit Andriam, & Perinthiam:
 qui utramuis recte norit, ambas nouerit:
 quid repre- Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen
 benderit Dissimili oratione sunt factae ac stylo.
 aduersarius Quae conuenere, in Andriam ex Perinthia
 Fatetur transtulisse, atque usum pro suis,
 Id isti vituperant factum, atque in eo disputant,
 Contaminari non decere fabulas,
 Faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant.
 Confutatio Qui quum hunc accusant, Naerium, Plautum, Enniu
 a gnome. Accusant, quos hic noster autores habet.
 Ab exem- Quorum emulari exoptat negligentiam
 plo. Potius, quam istorum obscuram diligentiam.
 Dehinc ut quiescant porro, moneo, & desinant
 Maledicere, malefacta ne noscant sua.
 Conclusio. Fauete, adeste aequo animo, & rem cognoscite,
 Ut pernoscat, & quid spei sit reliquum:
 Post hac quas faciet de integro Comedias,
 Spectandae an exigendae sint vobis prius.

ACTVS PR I M I S C E N A PRIMA.

SIMO senex. SOSIA seruus.
Iambici trimetri.



Os isthac intrò auferte, abite, Tosia
A desdum, paucis te volo. So. dictum
puta.

Nempe vt curentur rectè hæc.
Si. imo aliud So. quid est

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

Si Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam pa-
Sed his, quas semper in te intellexi sitas.

Fide & taciturnitate. So. Expectabo quid velis.

Si. Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus

Scis, feci è seruo vt esses libertus mihi,

Propterea quòd seruebas liberaliter:

Quod habui summum precium, persolui tibi.

So. In memoria habeo. S. Haud muto factum. So.
gaudeo,

Si tibi quid feci aut faci, quod placet, Simo, &

Id gratum iuisse aduersum te, habeo gratiam.

Sed mihi hoc melestū est, iam isthac commemora-

Quasi exprobratio est immemoris beneficij.

Quin tu vno verbo dic, quid est, quod me velis.

E

Si. Ita

κατασκευασθέν
ad exponen-
dum argu-
mentum et
occasioes
deliberatio
num. Exor-
diū captat
beneuolen-
tiam à be-
neficijs he-
ri, vt decuit
aduersus li-
bertum. Fa-
ceta & plo-
na gravita-
tis interpel-
latio præ-
bet occasio-
tio nē gnomæ.

- Propositio Si. Ita faciam: hoc primum in hac re prædico tibi,
 quæ præbet Quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ.
 occasionem So. Cur simulas igitur? Si. rem omnem à principio
 periculis et audies.
 deliberatio Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
 nibus secu- Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
 turis. Nam is postquam excessit ex ephebis Sostia,
 Narratio Liberior viuendi fuit potestas: nam antea
 altius repe- Qui scire posses aut ingenium noscere,
 tens omnia Dum ætas, metus, magister prohibebant? S. ita est.
 Primum de Si. Quod pleraq; omnes faciunt adolescentuli,
 scribitur in Vt animû ad aliquod studium adiungat aut equos
 genus per Alere, aut canes ad venandum, aut adPhilosophos:
 sonæ. Horum ille nihil egregiè præter cætera.
 Studebat, & tamen hæc omnia mediocriter,
 Gaudebam. So. non iniuria? nam id arbitrator
 Epiphone- Adprime in vita esse vtile, vt Ne QUID NIMIS,
 ma addit Si Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati,
 Sostia. Cum quibus erat, cumq; vnâ, his sese dedere,
 Eorum obsequij studijs, aduersus nemini,
 Rursus ad- Nunquam præponens se illis, ita, vt facilimè
 dit Sostia e- Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
 piphonema So. Sapienter vitam instituit, namq; hoc tempore
 Legitur & OBSEQVIVM AMICOS, VERITAS
 huic vicina odium parit.
 teste Do- Si. Interea mulier quædam ab hinc triennium
 nato. Ex Andro commigravit huic vicinia

ACTVS I. SCENA I.

Inopia & cognatorum negligentia.

Coacta, egregia forma, atq; etate integra.

So. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

Si. Primum hæc pudicè vitam, parce ac duriter
Agebat, lana ac tela victum quæritans.

Sed postquam amans accessit, precium pollicens,

Vnus & item alter: ita vt ingenium est omnium

Hominum, à labore proclue ad libidinem,

Accepit conditionem, dein quæstum occipit.

Qui tum illam amabant, fortè ita vt sit, filium

Perduxere illuc secum, vt vnà esset meum.

Egomet continuò mecum: Certè captus est,

Habet: obseruabam mane illorum seruolos

Venienteis, aut abeunteis, rogitabam: heus puer,

Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ

Illi id erat nomen. So. teneo. Si Phædrum, aut Cli-

niam

Dicebant, aut Niceratum: nam hi tres tum simul

Amabant. Eho quid Pamphilus? quid? symbolum

Dedit, cœnauit: gaudebam. Item alio die

Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum

Quicquam attinere. Enimuro spectatum satis

Putabam, & magnum exemplum continentia.

Nam qui cum ingenijs conflatur eiusmodi

Neq; commouetur animus in a re tamen,

Scias posse habere iam ipsum iux vitæ modum.

Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia

A N D R I Æ

Bona dicere & laudare fortunas meas,
 Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
 Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes
 Ultrò ad me venit, vnicam gnatham suam
 Cum dote summa filio vxorem vt daret.
 Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies.
 So. ↓ Quid igitur obstat, cur nõ verè fiât. Si audies

Alij, Quid
 igitur ob-
 stat? Sed tũ
 verè expũ-
 gendum.

Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
 Chrysis vicina hæc moritur. So. ô factum benè,
 Beasti, metui à Chryside. Si tibi tum filius,
 Cum illis qui amabant Chrysidem, vna aderat fre-
 quens

Curabat vna funus, tristis interim.
 Nonnunquam conlachrumabat, placuit tum id mihi;
 Sic cogitabam: Hic parvæ consuetudinis
 Causa mortem huius fert tam familiariter,
 Quid si ipse amasset? mihi quid hic faciet patri?
 Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij,
 Mansuetiq; animi officia. Quid multis moror?
 Egomet quoq; eius causa in funus prodeo,
 Nihil suspicans etiam mihi. So. hem, quid est? Si. sci-
 Effertur, imus. Inter ea inter mulieres, (es,
 Quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulã
 Forma. So. bona fortasse. Si. & vultu Sofia
 Adeo modesto, adeo venusto, vt nihil supra.
 Quæ tum mihi lamitari præter cæteras
 Visa est: & quia erat forma præter cæteras

Hone-

ACTVS I. SCENA I.

35

Honestâ ac liberali, accedo ad pedissequias,
 Quæ sit, rogo, Sororem esse aiunt Chrysidis.
 Percussit illico animum, atq; hoc illud est,
 Hinc illæ lachrymæ, hæc illa est misericordia.
 So. Quàm timeo quorsum euadas Si. funus inte-
 Procedit, sequimur, ad sepulchrum venimus, (rim se percussit.
 In ignem posita est, fletur. Interea hæc soror,
 Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
 Satis cum periculo. Ibi tunc exanimatus Pamphilus
 Benè dissimulatum amorem, & celatum indicat:
 Adcurrit, mediam mulierem amplectitur:
 Mea Glyceriû inquit, quid agis? cur te is perditum?
 Tum illa, vt consuetum faciliè amorem cerneres.
 Reiecit se in eum, fiens quàm familiariter.
 So. Quid ais? S. redeo inde iratus, atq; ægrè gerens
 Nec satis ad obiurgandum causæ: diceret,
 Quid feci, quid commerui. aut peccaui pater?
 Quæ sese voluit in ignem inijcere, prohibui,
 Seraaui, honesta oratio est S rectè putas.
 Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit,
 Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?
 Si. Venit Chremes postridie ad me, clamitans,
 Indignum facinus comperisse, Pamphilum
 Pro vxore habere hanc peregrinâ: ego illud sedulò
 Negare factum: ille instat factum: deniq;
 Ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam
 Neget daturum, So. non tu ibi gnatum? Si. ne hæc
 quidem

Rivius con-
 tendit le-
 gendum es-
 (rim se percussit.

E. 3

Satis

ANDRIÆ

Satis vehemens causa ad obiurgandum. So. qui cedo?

Si. Tute ipse his rebus finem præscripsisti pater,
Propè adest, cum alieno more viuendum est mihi,
Sine nunc meo me viuere interea modo.

So. Quis igitur est relictus obiurgandi locus?

Si. Si propter amorem vxorem nolit ducere,
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est,
Et nunc id operam do, vt per falsas nuptias

Vera obiurgandi causa sit, si deneget:

Simul sceleratus Dauus, si quid consilij
Habet, vt consumat nunc, cum nihil obsint doli,
Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia
Facturum, magis id adeo, mihi vt incommoder,
Quàm vt obsequatur gnato. So. quapropter? Si.
rogas?

Mala mens, malus animus: quem quidem ego si sensero.

<p>Conclusio et summa consiliorũ senis. Adhorta- tio ad libe- rum.</p>	<p>Sed quid opus est verbis? sin eueniat (quod volo) In Pamphilo, vt nihil sit moræ, restat Chremes, Qui mihi exorandus est, & spero confore. Nunc tuum est officium, has benè vt adsimules nu- ptias, Perterrefacias Dauum, obserues filium, Quid agat, quid cum illo consilij captet, Si. sat est, Curabo, eamus iam nunc intrò. Si. I præ, sequar.</p>
--	---

ACTVS

ACTVS I. SCENAI I.
SIMO, DAUVS.

36

Iambici trimetri.

Non dubium est, quin vxorem nolit filius,
Ita Dauum modò timere sensi, vbi nuptias
Futuras esse audiuit: sed ipse exit foras.

Da. Mirabor, hoc si sic abiret, & heri semper leni- Tetrametra
tas

verebar quorsum euaderet:

Qui postquam audierat, non datum iri filio vxore
suo,

Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neq; id
ægrè tulit.

Si. At nunc faciet, neq; vt opinor, sine tuo magno
malo.

Da. Id voluit, nos sic non opinantes duci falso gau- Iambici te-
dio, trametra

Speranteis iam amoto metu, interea oscitantes op-
primi, (tias.

Ne esset spacium cogitandi ad disturbandas nup- Trochaici.
Astutè. Si. Carnifex quæ loquitur? Da. herus est, tetrametra
neq; præuideram. Iambici.

Si. Daue. Da. hem, quid est? Si. ebodum ad me.

Da. Quid hic volt? Si. quid ais? Da. qua de re? Si. ro-
gas?

Meum gnatum rumor est amare. Da. id populus en-
rat scilicet.

E 4

Si.

A N D R I Æ

S. Hoccine agis an non? Da ego verò isthuc. Si sed nunc ea me exquirere.

Iniqui patris est: nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet.

Dum tempus ad eam rem tulit, siue animum vt expleret suum,

Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.

Dehinc postulo siue æquom est, te oro Daue, vt redeat iam in viam.

Da. Hoc quid sit? Si omnes qui amant, grauitèr sibi dari vxores ferunt.

Da. Ita aiunt. Si. tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum.

Ipsum animum ægrotum ad deteriore[m] partem plerunq[ue] applicat.

Redit ad
Trimetros.

Da. Non hercle intelligo. Si Non? hem. Da. non
D A V V S S V M, non Oedipus.

S. Nempe ergò apertè vis, quæ restant me loqui?

Da. sanè quidem.

Aliter his-
ce.

Si Si sensero hodie quicquam in & his te nuptijs
Fallaciæ conari, quo fiant minus,
Aut velle in ea re ostendere, quàm sis callidus,
Verberibus cæsum te in pristinum Daue dedam vsq[ue]
ad necem.

Rursus ad
Tetrame-
tros.

Ea lege atq[ue] omine, vt si te inde exemerim, ego pro
te molam.

Quid

ACTVS I. SCENA III.

Quid hoc intellexim? an nondum etiam ne hoc quidem? Da. imò callidè.

Ita apertè ipsam rem modò locutus, nihil circuitio ne usus es.

Si. Vbiuis facilius passus sim quàm in hac re me deludier.

Da. Bona verba quaeso. Si. irrides? nihil me fallis, sed dico tibi,

Ne temerò facias, neq; tu haud dicas, tibi non prædictum caue.

ACTVS I. SCENA III.

Iambici tetrametri.

DAVVS.

E Nimvero Daue, nihil loci est segnitiae, neq; so- Initium de
cordiae, (tys, liberationū

Quantum intellexi modò senis sententiam de nup- serui et fa-
Que si non astu prouidentur, me, aut herum pessum bula.

dabunt,

πρότασις

Nec quid agam certum est, Pamphilūmne adiutem,
an auscultem seni:

Si illum relinquo, eius vitæ timeo: si opitulor,
huius minas,

Cui verba dare difficile est. Primum iam de amo-
re hoc comperi,

Me infensus seruat, ne quam faciam in nuptijs fab-
laciā:

Si senserit perij, aut si libitum fuerit, causam cepe-
rit,

E 5

Quæ

A N D R I Æ

Me, redun-
dat. Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in pristinu
dabit.

Trimet.
Ista, redun-
dat. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam, hæc Andria,
Sive ista vxor, sive amica est, grauida e Pamphilo
est,

Audireq; eorum est operæ precium audaciam.

Nam inceptio est amentium haud amantium :

Quicquid peperisset decreuerunt tollere.

Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,

Ciuem Atticam esse hanc : fuit olim quidam senex.

Mercator : nauem is fregit apud Andrum Insulam.

Is obiit mortem : ibi tum hanc eiectam Chrysidis

Patrem recepisse orbam, paruam, fabulæ.

Mihi quidem hercle non fit verisimile, atq; ipsa
commentum placet.

Sed Mysis ab ea egreditur, at ego hinc me ad fo-
rum, vt

Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater impru-
dentem opprimat.

ACTVS I. SCENA IIII.

Trochaici tetrametri catalectici.

MYSIS, ancilla.

A Vdiui Archylis, iamdudum Lesbiam adduci
iubes.

Sanè pol illa temulenta est mulier, & temeraria,
Nec satis digna, cui committas primo partu mulie-
rens.

Tamen

ACTVS I. SCENA V.

58

Tamen eam adducam, importunitatem spectate
aniculae,

Quia compotrix eius est. Dij date facultatem obse- Tetramet.
cro, (cum. Iambicus,

Huic pariundi, atq; illi in alijs potius peccandi lo- Nisi sed sit
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? ve- extra ver-
reor, quid fiet sum additu

Opperiar, vti sciam, nunquid nam haec turba tristi-
tiae adferat.

ACTVS I. SCENA V.

PAMPHILVS adolescens, MYSIS.

Iambici.

Hoccine est humanum factum, aut inceptum? Querela Pa
Hoccine officium patris? (Tetrametri. phili digna

My. Quid illud est? Pa. Proh. Deum atq; hominum humano in-
fidem, quid est? si non haec contumelia est? genio. Con-
(Tetrametro accinitur monometer.) tinet autē

Vxorem decrerat dare sese mihi hodie: nonne oportuit
narrationē
periculi.

Præscisse me antè? nonne prius ommunicatum o- Tetramet.
portuit? Iambici.

My. Miseram me. quod verbum audio? Dimeter

Pa. Quid Chremes? qui denegar at se commissurum Iamb. tetr.
mibi Tetramet.

Gnatam suam vxorem id mutavit, quia me im- Iambici.
mutatum videt. Dimeter.

Itane obstinatè operam dat, vt me à Glycerio mise-
rum abstrahat

Quod si fit, pereo funditus Ade-

A N D R I Æ.

- Adeon' hominem esse inuenustum, aut infelicem
 quenquam vt ego
- Tetrametri Sum, prô Deum atq; hominum fidem
 Iambici. Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere
 potero?
- Quot modis contemptus, spretus, facta, transacta o-
 Repudiatus repeto: quamobrem? (omnia: hem
 nisi si id est, quod suspicor.
- Trochaici Aliquid monstri alunt, ea quoniam nemini obtrudi
 tetrametri potest,
 Itur ad me. My. oratio hæc me miseram exanima-
 uit metu,
- Dimetri Pa. Nam quid ego dicam de patre? ah
 Iamb. Tantâmne rem tam negligenter agere? præteriens
 modò
- tetrametri Mibi apud forum, vxor tibi ducenda est Pamphile
 Iambici. hodie, inquit, para,
 Abi domum. Il mibi visus est dicere: Abi cico & su-
 sspende te.
- Obstupui, censen vllum me verbû potuisse proloqui
 Aut vllam causam ineptam saltem, falsam, iniquâ?
 obmutui
- Prius vnica Quodd si ego rescissem d prius, quid facerem, si quis
 syllaba. nunc me roget.
- Trochaicus Aliquid facerem, vt hoc n facerem. Sed nunc quid
 tetrameter Primum exequar?
- Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuor
 se trahunt.

ACTVS I. SCENÆ V.

39
deliberatio

Amor : misericordia huius, nuptiarum sollicitudo,
Tū patris pudor , qui me tam leni passus est animo
vsq; adhuc.

utrum amo
ri, an patri
obteperet.

Quæ meo cunq; animo libitum est facere, ei ne ad-
uersor ? hei mihi,

Iam tetra.
aliq. ad hoc

Incertum est quid agam. M. Misera timeo, hoc in-
certum quorsum accidat.

Γνωμη &
prudentis-

Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me ali-
quid de illa aduersus hunc loqui.

simè cogita
ta occasio

Dum in dubio est animus, paulò momento huc illuc
impellitur.

ad impel-
lendum Pā-

Pa. Quis hic loquitur? My. salue. My. ô salue Pam-
phile. Pa. Quid agit ? My. rogas ?

phili ani-
mum alias;

Laborat è dolore, atq; ex hoc misera sollicita est,
diem

dic. Trimes
Iambici.

Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ: tum au-
tem hoc timet,

Ne deserat se. Pa. Hem, egone isthuc cœnari quam?

Ego propter me illam decipi miseram sinam.

Quæ mihi suum animum, atq; omnem vitam credi-
dit?

Quam ego animo egregiè charam pro vxore habue-
rim,

Argumen-
tatur, cur

Bene & pudicè eius doctum atq; eductum sinam

non deceat
deserere

Coactum egestate ingenium immutarier :

Non faciam My. haud vereor, si in te solo sit situm

Glycerium

Sed vim vt queas ferre. Pa. Adeon' me ignauū putas

Adeon' porro ingratū, aut inhumanum, aut ferum,

Vē

A N D R I Æ

Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor
 Commoueat, neq; commoueat vt seruem fidem?
 My. Vnum hoc scio, hanc meritam esse, vt memor
 esses sui.

Pa. Memor essem? ô Mysis Mysis, etiam nunc mihi
 Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
 De Glycerio, iam fermè moriens me vocat:

Accessi: vos semotæ: nos soli, incipit:

Mi Pamphile, huius formam atq; ætatem vides:
 Nec clam te est, quam illi vtræq; res inutiles
 Et ad pudicitiam, & ad tutandam rem sient,
 Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,

Tuã vnica
 syllaba est. Per tuam fidem, perq; huius solitudinem,
 Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras,
 Si te in germani fratris dilexi loco,
 Siue hæc te solum semper fecit maximi,
 Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem:

Tuæ et dei, Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando si-
 monosylla- ¶ dei.

ba sunt Cö- Hanc mihi in manum dat: mors continuò ipsam oc-
 clusio deli- cupat.

berationis. Accepi: acceptum seruabo. My. ita spero quidem.

Pa. Sed cur tu abis ab illa? My. obstetricem accerso.

Pa. propera: atq; audin'?

fabula periculorum varietas.

Epitasis est, cum ad militem venit Thais,
accerfit fratrem puellæ, vt eum de sorore cer-
tiorē reddat. Thraso, quia putat sibi riualē
adductum, stomachatur, Quare discedit ab
irritato Thais. Ibi redit miles oppugnatum
ædes Thaidis magno cum tumultu.

Catastrophe ridicula est, omissa oppugnatio-
ne Thraso fit supplex Thaidi, & Gnatho eum
ita describit Phædriæ, vt is intelligat sibi ab
hoc riuali nihil esse periculi. Quare sic disce-
dit miles, vt se quoq; hæere in aliqua parte
apud Thaidem arbitretur, atq; hoc errore
interim homo stolidus beatus est. Al-

ARGUMENTVM.

Altera Epitasis est, Chærea pro Eunu-
cho ad Thaidem deductus, vitium offert
virgini. Sed Catastrophe læta est: Nam pu-
ella, posteaquam eam comperiunt esse ci-
uem, datur vxor Chæreæ

Fabula interlocutores.

Laches senex,	Pythias Ancilla,
Phædria adolescens,	Thraso miles,
Chærea adolescens,	Sanga lixa,
Parmeno seruus,	Gnatho parasitus,
Dorus Eunuchus,	Chremes adolescens rusti-
Thais meretrix,	cus,
Dorias ancilla,	Sophrona nutrix.
Antipho adolescens.	

IDIOMATA PERSONARVM

& Etymologiae.

Laches à fortiendo, siue ab intendendo
actionem iniuriarum, pius in filios & vehe-
menti ingenio. Phædria ab hilaritate mo-
rum cordatus adolescens, & cum morbo suo
pugnans. Chærea à gaudio, ephebus ad quid-
uis audax, incogitans & impotenter amans.
Parmeno, quòd sedulo adsit domino suo, cal-
lidus, & osor meretricum Dorus quòd do-
no mittatur Thaidi. Thais, à pauone vide-
tur dicta addita aspiratione, Inducitur cor-
data

PERIOCHA IN EVNV.

Cataciuilis, acinter meretrices probis morib.
 Dorias, ab hasta, quòd in bella capta sit. Py-
 thias, ob calliditatem, aut quòd omnia per-
 contetur. Thraso, à confidentia fingitur sto-
 lidus & arrogans, Sanga à σάγγελος, hoc est, à
 componendis sarcinis dictus videtur. Fin-
 gitur liber ac domini contemptor, quales
 ferè coqui. Gnatho, a mandibula, vt edax,
 Fingitur assentator & callidus. Chremes
 adolescens, ruri educatus, eoq; ciuilium blá-
 diciarum insolens, artium imperitus. Anti-
 pho quòd obuius appareat.

C. SVLPITII A POLLINA-
 ris períocha in Eunuchum.

Sororem falso dictitatum Thaidis,
 Id ipsum ignorans, miles aduexit Thraso,
 Ipsiq; donat, erat hæc ciues Attica.
 Eidem Eunuchum, quem emerat tradi iubet
 Thaidis amator Phædria ac rus ipse abit,
 Thrasoni oratus biduum ut concederet.
 Ephebus frater Phædriæ puellulam
 Cum deperiret dono missam Thaidi,
 Ornatu Eunuchi induitur: suadet Parmeno:
 Introyt: uitiat uirginem: sed Atticus
 Ciuis repertus frater eius collocat
 Vitatam ephebo: Phædriam exorat Thraso.

Non sunt
versus.

Meretrix adolescentem, cuius mutuo amore
Tenebatur, exclusit: eiq; reuocato
Exclusionis causas reddidit, eius frater
Minor natu virginem, quam miles
Meretrici dono miserat, amare cœpit,
Deductusq; in domum meretricis pro Eunucho via
tiat.
Re itaq; cognita, cum illusam se meretrix
Doleret, ab eodem adolescente placatur:
Interuentuq; fratris eius ciuem cognitam
Atheniensem, duxit vxorem, miles quoq;
In partem meretricij amoris receptus, illuditur.

ACTA LVDIS MEGA-
LENSIBVS, L. POSTHVMIO, L.
CORNELIO ÆDILIBVS CVRVL-
BVS. EGIT L. AMBIVIVS TVRPIO,
L. ATTILIVS PRÆNESTINVS, TI-
BIIS DVABVS DEXTRIS. GRÆCA
MENANDRV FACTA SECVNDV
MODOS FECIT FLACCVS, M.
VALERIO, CN. FANNIO
COSS.

PRO.

PROLOGVS.

SENARI.

SI quisquam est, qui placere se studeat bonis
 Quam plurimis, & minimè multos ledere:
 In his Poëta hic nomen profitetur suum.
 Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
 Existimat esse, sic existimet: sciat,
 Responsum, non dictum esse, quale sit prius
 Qui bene vertendo, & eas describendo malè,
 Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas:
 Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
 Atq; in thesauro, scripsit causam dicere
 Prius, vnde petitur, aurum quare sit suum,
 Quam illic qui petit, vnde is sit thesaurus sibi,
 Aut vnde in patriam monumentum peruenerit,
 Dehinc, ne frustretur ipse se, aut sic cogitet,
 Defunctus iam sum, nihî est quòd dicat mihi:
 Is ne erret, moneo, & desinat laceffere:
 Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur,
 Quæ proferentur post, si perget ledere
 Ita, vt facere instituit, nunc quam acturi sumus
 Menandri Eunuchum, postquam **ÆDILES** eme-
 runt,

Propositio,
 in qua præ-
 fatur se pro-
 uocatū re-
 spondere.
 Ita liberat
 se suspicio-
 ne petulan-
 tiæ.

Alius à the-
 sauris Puto
 scriptum fu-
 isse à the-
 sauris, Illic
 pro ille, vt
 alias sæpe.
 Alias, is sit
 Alia defen-
 sio.

Perfea

PROLOGVS.

Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia,
 Magistratus cum ibi adesset, accepta est agi.
 Exclamat, furem, non poetam fabulam
 Dedisse, & nihil dedisse uerborum tamen:
 Colacem esse Neui, & Plauti ueterem fabulam,
 Parasiti personam inde ablatam, & militis.
 Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
 Poetae, non qui furtum facere studuerit.
 Id ita esse, uos iam iudicare poteritis.
 Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax:

Et miles gloriosus: eas se non negat
 Personas translulisse in Eunuchum suam

Et graeca: sed eas fabulas factas prius

Latinas scisse sese, id uero pernegat.

Quod si personis iisdem uti, alijs non licet:

Qui magis licet currentes seruos scribere,

Bonas matronas facere, meretrices malas,

Parasitum edacem, gloriosum militem,

Puerum supponi, falli per seruum senem,

Amare, odisse, suspicari? denique

NVL LVM EST iam dictum, quod non dictum sit

prius.

Quare aequum est uos cognoscere atque ignoscere,

Quae ueteres factitarunt, si faciunt noui.

Date operam, & cum silentio animaduertite,

Vt pernoscat, quid sibi Eunuchus uelit.

Negat hanc
 fabulam prius
 Latinam fa-
 ctum esse.

Omnes Spon-
 dei sunt, ex
 cepto ulti-
 mo.

ACTVS PRI- M I S C E N A P R I M A.

Phædria adolescens, Parmeno seruus.



vid igitur faciam? non eam, ne nunc Phædria i-
quidem, nitio deli-

Cum accersor vltro? an potius ita me berat. Sed
comparem, paulò post

Non perpeti meretricum contumelias?

Excluset, reuocat, redeam? non si me obsecret.

Pa. Si quidem hercle possis, nihil prius neq; fortius: futurum es

Verùm si incipies, neq; perficies gnauiter,

Atq; vbi pati non poteris, cum nemo expetet,

Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans

Te amare, & ferre non posse, actum est ilicet,

Peristi: eludet, vbi te victum senserit.

Pb. Proin tu, dū est tempus, etiam atq; etiam cogita. becillitatē.

Pa. Here quæ res in se neq; consilium, neq; modum

Habet vllum: eam consilio regere non potes.

In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ,

Suspiciones, inimicitie, inducie,

Bellum, pax rursus: incerta hæc si tu postules

Ratione certa facere, nibilo plus agas,

Quam si des operam, vt cum ratione insanias.

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:

Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo

E V N V C H I

Mori me malim : sentiet qui vir ssem :
 Hæc verba vna me hercle falsa lachrumûka,
 Quam oculos terendo miseré, vix vi expresserit,
 Restinguet, & te vltro accusabit, & dabis ei
 Vltro supplicium. Ph. ô indignû facinus : nunc ergo
 Et illam scelestam esse, & me miserum sentio:
 Et tædet : & amore ardeo : & prudens, sciens,
 Viuus, vidensq; pereo: nec quid agam scio.
 Pa. Quid agas? nisi vt te redimas captum quã queas
 Minimo : si nequeas paululo, at quanti queas,
 Et ne te afflictes. Ph. itâne suades? Pa. si sapias.
 Neq; præter quam quas ipse amor molestias
 Habet, addas : & illas quas habet, rectè feras.
 Sed eccâ ipsa egreditur nostri fundi calamitas.
 Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Iliditur s.

ACTVS I. SCENA II.

Thais meretrix, Phædria,
 Parmeno.

Miseram me, vercor ne illud grauius Phædria
 Tulerit, neue aliorsum, atq; ego feci accepe-
 rit,

Quod heri intromissus non est. Ph. tetus Parmeno
 Tremo, horreoq; postquam aspexi hanc. Pa. bono a-
 nimo es :

Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.

Tb. Quis hic loquitur ? ebem, tun hic eris mi Phæ-
 dria ?

Quid

ACTVS I. SCENA II.

66

Quid hic stabas ? cur non rectè introibas ? Pa. ceterorum

De exclusione verbum nullum. Th. quid taces ?

Pb. Sanè verò, quia hæ mihi patent semper fores, Aut quia sum apud te primus. Th. missa istæc face.

Ph. Quid missa: ô Thais, Thais, vtinam esset mihi

Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret,

Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet,

Aut ego istuc abs te factum nihil penderem.

Th. Ne crucia te obsecro, anime mi, Phædria.

Non pol quò quenquam plus amē, aut plus diligam,

Eò feci: sed ita res est: faciendum fuit.

Pa. Credo, vt fit, misera præ amore exclusisti hunc foras.

Th. Siccine ais Parmeno? age: sed huc qua gratia

Te accersi iussi, ausculta. Pb. fiat. Th. dic mihi

Hic primum, potin es hic tacere ? Pa. egone, optime:

Verùm heus tu, lege hac tibi meam adstringo fidem:

Quæ vera audiui, taceo, & contineo optime:

Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est.

Plenus rimarum sum, hæc atq, illac perfluo.

Proin tu, taceri si vis, vera dicit.

Th. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

Pa. Poteest taceri hoc. Th. ibi tum matri paruolam

Puellam dono quidam mercator dedit,

Expostulatio Phædriæ cum Thaide.

E V N V C H I

EX Attica hinc abreptam. Ph. ciuenné? T. arbitror.

Certum non scimus : matris nomen & patris

Dicebat ipsa, patriam & signa cætera

Neq; sciebat, neq; per ætatem etiam potuerat.

Mercator hoc addebat : è prædonibus;

Vnde emerat, se audisse abreptam è Sunio.

Mater ubi accepit, cœpit studiose omnia

Docere & educare, ita uti si esset filia.

Sororem pleriq; esse credebant meam.

Ego cū illo, quo cum vno rem habebam tum hospite.

Abij huic: qui mihi reliquit hæc, quæ habeo omnia.

Pa. Vtrumq; hoc falsum est : effluet. T. qui istuc? Pa.

quia

Neq; tu vno eras contenta, neq; solus dedit:

Nam hic quoq; bonam magnamq; partem ad te attulit.

T. Ita est : sed sine me peruenire, quod volo.

Interea miles, qui me amare ceperat,

In Cariam est profectus : te interea loci

Cognoui, tute scis, post illa intumum quam

Habeam te, & mea consilia vt tibi credam omnia.

Ph. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh dubium

ne id est?

T. Hoc agite amabo, mater mea illic mortua est

Nuper: eius frater aliquantulum ad rē est auidior,

Is ubi hanc forma videt honesta virginem.

Et fidibus scire, precium sperans, illico

ACTVS I. SCENA II.

67

Producit, vendit. fortè fortuna affuit
 Hic meus amicus: emit eam dono mihi
 Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium:
 Is venit: postquam sensit me tecum quoq;
 Rem habere, fingit causas, ne det sedulo:
 Ait: si fidem habeat, se ire præpositum tibi
 Apud me, ac non id metuat, ne, vbi acceperim,
 Sese relinquam: velle se illam mihi dare:
 Verum id vereri, sed ego quantum suspicor,
 Ad virginem animum adiecit. Ph. etiãne amplius?
 T. Nihil: nam quæsiui, nunc ego eam mi Phædria,
 Multæ sunt causæ quamobrem cupio adducere:
 Primum, quòd soror est dicta: præterea vt suis
 Restituam ac reddam. sola sum, habeo hic neminem
 Neq; amicum, neq; cognatum, quamobrem Phædria
 Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
 Id amabo, adiuta me, quo id fiat facilius.
 Sine illum priores parteis hosce aliquot dies
 Apud me habere. nihil respondes? Ph. pessuma,
 Egone quicquam cum istis factis tibi respondeam?
 Pa Heu noster, laudo, tandem perdoluit: vir es.
 Ph. At ego nesciebam quorsum tu ires? paruola
 Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:
 Soror est dicta: cupio abducere, vt reddam suis:
 Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt, deniq;
 Ego excludor, ille recipitur: quæ gratiã?
 Nisi illum plus amas, quàm me: & istam nunc times

EUNUCHI

Quæ aduecta est, ne illum talem præripiat tibi.

Th. Egone id timeo? P. quid ergo te aliud sollicitat?

Num solus ille dona dat? nuncubi meam (cedo

Benignitatem sensisti in te claudier?

Nonne, ubi mihi dixti cupere te ex Ætheopia

Ancillulum, relictis rebus omnibus

Quæsiui? Eunuchum porro dixti velle te,

Quia solæ vtuntur his reginæ: reperi:

Viginti mi Heri minas viginti pro ambobus dedi:

næ, ducenti Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria,

coronati. Ob hæc facta abs te spernor. Th. quid istuc Phædria?

Quanquã illam cupis abducere, atq; hac re arbitror

Id fieri posse maxumè: veruntamen

Potius quã te inimicum habeam faciam, vt iusseris.

Pb. Vtinam istuc verbum ex animo, ac verè diceres?

Potius quã te inimicum habeam: si istuc crederem,

Syncerè dici, quiduis possem perpeti.

Pa. Labascit, victus vno verbo, quã citò.

Th. Ego non ex animo misera dico? quam ioco

Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris:

Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum

Saltem vt concedas solum. Pb. siquidem biduum:

Verum ne fiant isti viginti dies.

Tb. Profectò non plus biduum, aut. Pb. aut? nihil

moror.

Th. Non fiet: hoc modo sine te exorem. Pb. scilicet

Faciundum est, quod vis. Tb. meritò te amo. Pb. bene

facis.

Rus

ACTVS I. SCENA II.

66

Rus ibo : ibi hoc me macerabo biduum.

Ita facere certum est : mos gerundus est Thaidi.

Tu Parmeno huc fac illi adducantur. Pa. maxumè.

Ph. In hoc biduum Thais vale. Th. mi Phædria,

Et tu : nunquid vis aliud? Ph. Egone quid velim?

Cum milite isto præsens, absens ut :

Dies, noctesq; me ames : me desideres:

Me somnies, me expectes : de me cogites :

Me speres, me te oblectes : mecum tota fies:

Meus fac sis postremò animus, quando ego sum tuus.

Th. Me miseram, forsitan hic mihi parvam habeat
fidem,

Atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.

Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certò scio,

Neg; me finxisse falsi quicquam, neg; meo

Cordi esse quæquam chariorem hoc Phædria :

Et quicquid huius feci, causa virginis

Feci : nam me eius fratrem spero propemodum

Iam reperisse, adolescentem adeo nobilem : &

Is hodie venturum ad me constituit domum.

Concedam hinc intrò, atq; expectabo, dum venit.

ACTVS II. SCENA I.

Phædria, Parmeno.

FAc ita ut iussi, deducantur isti. Pa. faciam. P. ac Troch. tetp.
diligenter. catalect.

Pa. Fiet. Ph. at mature. Pa. fiet. Ph. satin' hoc man- nisi tollas &
datum est tibi? versu isti.

I

Pa.

E V N V C H I

- Iambicus,
Dimeter.** Pa. Ab rogitare ? quasi difficile sit,
Vtinam tam aliquid inuenire facile possis Phædria,
Quam hoc peribit. Ph. ego quoq; vna pereo, quod
mibi est carius :
- Trochaicus
Tetramet.** Ne istuc tã iniquo patiare animo. Pa. minimè: quin
Effectum dabo. sed nunquid aliud imperas ?
Ph. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris : &
Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito. Pa.
Memini, tametsi nullus moneas Ph. ego rus ibo, atq;
ibi manebo.
- Iambicus
scazon
catalectic.** Pa. Censeo. Ph. sed heus tu. Pa. quid vis? Ph. censen
posse me obfirmare, &
Trochaicus Perpeti, ne redeam interea? Pa. tenè? non hercle ar-
bitror.
- Nam aut iam reuertère, aut mox noctu te adargent
horsum insomnia.
- Ph. Opus faciam, vt defatiger, vsq; ingratus vt dor-
miam.
- Pa. Vigilabis lassus : hoc plus facies. Ph. abi sis : ab
nihil dicis Parmeno.
- Iamb. tet.** Eijciunda hercle hæc mollicies animi, nimis me in-
dulgeo.
- Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum
triduum ? Pa. hui,
- Trochaicus** Vniuersum triduum ? vide quid agas. Ph. stat sen-
tentia.
- Pa. Dÿ boni, quid hoc morbi est ? adeon' homines
immutarier

ACTVS II. SCENA II.

Ex amore, vt non cognoscas eundem esse? hoc nemo
 fuit Epiphone-
 Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis ma serui,
 continens. deploratis
 Sed quis hic est, qui huc pergit? at at, hic quidem est herum ex
 parasitus Gnatho: amore pror-
 Militis ducit secum vna virginem dono huic. papa, sus immu-
 Facie honesta, mirum, ni ego me turpiter hodie hic tatum esse.
 dabo,
 Cum meo decrepito hoc Eunucho, hæc superat ipsam
 Thaidem.

ACTVS II. SCENA II.
 Gnatho, Parmeno.

DII immortales, homini homo quid præstat? Trochaici
 stulto intelligens Tetrametri
 Quid interest? hoc adeo ex hac re venit in mentem catalect.
 mihi:
 Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc Parasiti va-
 atq; ordinis fri & im-
 Hominem, haud impurum, itidem patria qui abli- postoris
 gurierat bona: prorsus
 Video sentum, squallidum, ægrum, pannis annisq; rhetorica
 obfitum. imago, seu
 Quid istuc, inquam ornati est? quoniam miser quod vt vocant
 habui, perdididi, hem, εἰκωπ.
 Quo redactus sum? omnes noti me, atq; amici dese-
 runt.

E V N V C H I

Hic ego illum contempsi præ me: quid homo inquam
ignauissime.

Itane parasti te, vt spes nulla reliqua in te fiet tibi?
Simul consilium cum re amisisti? viden me ex eodem
ortum loco?

Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?
Omnia habeo, neq; quicquam habeo: nihil cum est,
nihil desit tamen.

At ego infelix, neq; ridiculus esse, neq; plagas pati
Possum, quid tu his rebus credis fieri? tota erras via,
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum
prius.

Hoc nouum est aucupium: ego adeo hanc prius in
ueni viam.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium re-
rum volunt,

Nec sunt: hos confector: hisce ego non paro me, vt
videant,

In Sed eli= Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror si-
ditur d. mul,

Quicquid dicunt, laudo, id rursus si negant, laudo
id quoq;

Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperaui ego-
met mihi,

Iamb. rer. Omnia assentari: is quæstus nunc est multo vberri-
Trochaicus mus.

Pa. Scitum hercle hominem: hic homines prorsum
exstud-

ACTVS II. SCENA II.

70

ex stultis insanos facit.

G. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum ad- Iambicus
uenimus, scazon
Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij omnes Trimeter,
Cetarij, lanij, coqui, sartores, piscatores, aucupes, catalectic.
Quibus & re salua & perditâ profueram, & pro- Aucupes,
sum sæpe. videtur ad
Salutant, ad cœnã vocant, aduentum gratulantur. iectũ, nam
Ille vbi miser famelicus, videt me esse in tantum ho- repugnat
norem, versui.

Et tam facile victum quærere: ibi homo cœpit me
obsecrare,

Vt sibi liceret discere id de me scētari iussi,

Si pote, tanquam Philosophorum habent disciplinæ
ex ipsis

Vocabula, parasiti itidem vt Gnathonici vocentur.

Pa. Viden' otium, & cibus quid faciat alienus? G.

sed ego cesso

Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam. Alias, roga
vt veniat? re.

Sed Parmenonē ante ostium Thaidis tristem video,

Riualis seruum, salua res est, nimirum hic homines

frigent.

Nebulonem hunc certum est ludere. Pa. hicce hoc. Alias hisce
munere arbitrantur ex Priscia-

Suam Thaidem esse. Gn. plurima salute Parmeno-

no.

SUMMUM

E V N V C H I

Summum suum impertit Gnatho, quid agitur? Pa.
statur. G. video.

Nunquid nam hic, quod nolis, vides? Pa. te. Gn. cre-
do: at nunquid aliud?

Pa. Quid dum? G. quia tristis es. Pa. nihil equidem.
G. ne sis, sed quid videtur

Hoc tibi mancipium? Pa. non malum hercle. G. vro
hominem. Pa. vt falsus animi est.

G. Quam hoc munus gratum Thai di arbitrare esse?
Pa. hoc nunc dices,

Eiectos hinc nos: OMNIVM RERV M heus
vicissitudo est.

G. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum
reddam,

Ne sursum deorsum cursites, neue vsq; ad lucem vi-
giles:

Ecquid beo te? Pa. mene? papæ. G. sic soleo amicos.
Pa. laudo.

G. Detineo te, fortasse tu profecturus aliò fueras.

Pa. Nusquam G. tum tu igitur paululum da mihi
operæ, fac vt admittar

Ad illam. Pa. age, modò nunc tibi patent fores hæ,
quia istam ducis.

G. Num quem euocari hinc vis foràs? Pa. sine bidu-
um hoc prætereat?

Qui mihi nūc vno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.

G. Etiam

ACTVS II. SCENA III.

G. Etiam tu hîc stas Parmeno ? eho, numnam tu hîc
relictus custos,

Ne quis fortè internuncius clam à milite ad istam
cursitet?

Pa. Facete dictum : mira verò militi quæ placeant.

Sed video herilem filium minorem huc aduenire.

Miror, quid ex Piræo abierit: nam ibi custos publi-
cè est nunc.

Non temerè est, & properans venit, nescio quid cir-
cumspêctat .

ACTVS II. SCENA III.

Chærea, Parmeno.

OCCIDI.

(Creticus.

Neq; virgo est vsquam : neq; ego, qui illam è *Occasio*
conspêctu amisi meo. (Oct. iamb. quasi nouæ

Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter? quam *fabulæ.*
insistam viam?

Incertus sum: vuà hæc spes est, vbi vbi est, diu celari
non potest.

O faciem pulchram : deleo omnes debinc ex animo
mulieres.

Tædet harum cotidianarum formarum Pa. ecce au-
tem alterum.

Nescio quid de amore loquitur, ô infortunatû senẽ.

Hic verò est, qui si amare occeperit, ludum iocumq;

Iamb, tet. cata.

Dices

E V N V C H I

Dices fuisse illum alterum , prænt huius rabies quæ
dabit .

Ch. Ut illum Dij, Deæq; senium perdant, qui me ho-
die remoratus est. (Iamb. cata.

Meq; adeo, qui restiterim, tum autem qui illum non
flocci fecerim.

Sed eccum Parmenonem, salve. P. quid tu es tristis,
quidue est alacris?

Vnde is? Ch. ego nescio hercle, neq; vnde eam, neq;
quorsum eam,

Ita prorsum oblitus sum mei. (Dime. Iamb.

Pa. Qui quæso? Ch. amo. Pa. hem. Ch. nunc te Par-
meno ostendes, qui vir sis.

Scis te mihi sæpe pollicitum esse: Chærea aliquid in-
ueni

Modò, quod ames, in ea re utilitatem ego faciam
vt cognoscas meam,

Cum in cellulam ad te patris penum omnem conge-
rebam clanculum.

Pa. Age ineptè. Ch. hoc hercle factum est, fac sis nunc
premissa appareant.

Pa. Sine adeo digna res est, vbi tu nervos intendas
tuos.

Ch. Haud similis virgo est virginum nostrarû, quas
matres student

Demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles si-
ent.

ACTVS II. SCENAI III.

42

Si qua est habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum,

Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas,
Itaq; ergo amantur Pa. quid tua isthæc? Ch. noua figura oris. Pa. papæ.

Ch. Color verus, corpus solidum, & succi plenum Pa. anni? Ch. anni sedecim. Senarius est
talecticus

Pa. Flos ipse. Ch. hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel vterq; precario.

Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.

Pa. Quid? virgo cuius est? Ch. nescio hercle. Pa. unde est? Ch. tantundem. Pa. vbi habitat?

Ch. Ne id quidem. Pa. vbi vidisti? Ch. in via. Pa. qua ratione amisti? Ch. id e quidem. Iamb tetr.
catalectic.

Adueniens mecum stomachabar modò, neq; Quenquam esse ego hominem arbitror, cui magis boue. Iamb. tetr.

Felicitates omnes aduersæ sient.

Quid hoc est sceleris? perij. Pa. quid factum est? Ch. rogas?

Patris cognatum atq; æqualem Archidemidem

Nostin? Pa. quid ni? Ch. is, dum sequor hanc, sit mihi obuiam.

P. Incommodè hercle. C. imò enimvero infelicitè, Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno. Vel supera
est in verso

Illum liquet mihi deierare his mensibus

Sex, vel septem prorsum non vidisse proximis,

Nisi

E V N V C H I

Nisi nunc, cum minimè vellem, minimeq; opus fuit.
Eho, nonne hoc monstri simile est? quid ais? Pa. ma-
ximè.

Ch Continuo concurrat ad me, quam longè quidem,
Incuruus tremulus, labijs demissis, gemens :

Heus, heus, tibi dico Chærea inquit, restiti :

Scin' quid ego te volebam? dic, cras est mihi

Iudicium, quid tum? vt diligenter nuncies

Patri, aduocatus manè mihi esse vt meminerit.

Dum hæc ꝛ dicit, abiit hora, rogo nunquid velit.

Rectè inquit, ab eo, cum huc respicio ad virginem,

Illam sese interea commodum huc aduorterat.

In ꝛ hanc nostram plateam. Pa. mirum, ni hanc di-
cit, modò

Huic quæ data est dono. Ch. huc cum aduenio, nulla
erat.

Pa. Comites secuti scilicet sunt virginem?

Ch. Verum, parasitus cum ancilla. P. ipsa est, scilicet

Desine: iam conclamatum est. Ch. alias res agis.

P. Istud ago equidem. Ch. nostin quæ sit? dic mihi:
aut

Vidistin? Pa. vidi: noui: scio, quò abducta sit.

alias, eho. Ch. O Parmeno mi, nostin? Pa. noui. Ch. & scis, vbi
siet?

Pa. Huc deducta est ad Thaidem meretricem: ei do-
no data est.

Ch. Quis is est tam potens: cum tanto munere hoc:

Pa. Miles Thraso,

Phæ-

ACTVS II. SCENA III.

Phædræ riualis C. duras fratris partes prædicat. Trochaic.

Pa. Imò enim, si scias quod domum huic dono con- catalect.
trâ comparet.

Tum magis id dicas. Ch. quodnam quæso hercle?

Pa. Eunuchum. Ch. Illumne obsecro

Inhonestum hominem, quem mercatus est heræ, se-
nem, mulierem?

P. Istunc ipsum. Ch. homo quatietur certè cum do-
no foras.

Sed istam Thaidem non sciui nobis uicinam. Pa.
haud diu est.

Ch. Perij, nunquamne etiam me illam uidisse? eho-
dum dic mihi:

Estne, ut fertur, forma? Pa. sanè, Ch. at nihil ad no-
stram hanc. Pa. alia res est.

Ch. Obsecro hercle Parmeno, fac ut potiar. Pa. fa-
ciam sedulo, ac

Dabo operam, adiuuabo: nunquid me aliud uis?
Ch. quò nunc uis? Pa. domum.

Vt mancipia hæc, ita uti iussit frater, deducam ad

Ch. O fortunatum istum Eunuchum, qui (Thaidè.
quidem in hanc detur domum.

Pa. Quid ita? Ch. rogitas: summa forma semper con-
seruam domi (Iamb. tetra.

Videbit, colloquetur: aderit unà in vnis ædibus:

Cibum nonnunquam capiet cum ea: interdum pro-
pter dormiet.

K

Pa.

EUNUCHI.

Pa. Quid si nunc tute fortunatus fias? Ch. quare Parmeno?

Responde. Pa. capias tu illius vestem. Ch. vestem? quid tum postea?

Pa. Pro illo te ducam. Ch. audio. Pa. te esse illum dicam. Ch. intelligo.

Pa. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modò:

Cibum vnà capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias.

Quandoquidem illarum neq; quisquam te nouit, neq; scit qui sis.

Præterea forma, ætas ipsa est, facile pro Eunucho probes. (Troch. tetra.)

Ch. Dixit pulchrè: nunquam vidi melius consilium dari.

Age, eamus intrò nunc iam: orna me: adduc, duc quantum potes.

Pr: Quid ais: iocabar equidem. Ch. garris. Pa. perij, quid ego egi miser?

Quo trudis? per culeris iam tu me? tibi equidem dico, mane.

Ch. Eamus. Pa. pergin': Ch. certum est. Pa. uide nò nimium callidum hoc sit modo.

Ch. Non est profectò, sine. Pa. at enim isthæc in me cuderetur faba: ah

Flagitium, facinus. Ch. an id flagitium est, si in domum meretriciam. Deducar,

ACTVS III SCENA I.

Deducar, & illis crucibus, quæ nos, nostramq; adoleſcentiam

Habent despiciant, & quæ nos semper omnibus cruciant modis,

Nunc referam gratiam atq; eas itidem fallam, vt ab illis fallimur?

An potius hæc pati? ab æquom est fieri, vt à me ludantur dolis.

Quod si rescierint, culpent? illud meritò factum omnes putent.

Pa. Quid istuc? si certum est facere, facias, verum ne post conferas

Culpam in me. Ch. non faciam, Pa. iubesne? Ch. iubeo, cogo atq; impero.

Pa. Nunquam defugiam autoritatem sequere, Ch. Dij vortant bene.

ACTVS III. SCENA I.

THRASO, GNATHO, PARMENO.

Senarij iambici.

M Agnas verò agere gratias Thais mihi?

G. Ingenteis. Thr. ain' tu, læta est? G. non tam ipso quidem

Dono, quam abs te datam esse, id verò serio

Triumphat. Pa. hæc prouiso, vt ubi tempus fiet,

Deducam: sed eccum militem. Th. est istuc datum?

Perfectò, vt grata sunt mihi quæ facio omnia,

G. Aduorti hercle animum. Th. vel rex semper

maximas.

K 2

Mihi

Si legas
despectam,
constat uer
sus.

Thraſonis.
εἰκώπ.

EVNVCHI.

Mihi agebat, quicquid feceram, alijs non item.

Gn. Labore alieno magno partam gloriam

Verbis sæpè in se transmouet, QVI HABET salè:

Donatus le
git, quod.
* Qui in te est. T. habes. G. rex te ergo in oculis.
T. scilicet.

G. Gestire. T. uerùm credere omnem exercitum,

Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum satietas

Hominum, aut negoti si quando odium ceperat,

Requiescere ubi volebat, quasi. noslin? G. scio.

Quasi ubi illam expueret miseriam ex animo. Th.
tenes:

Tum me conuiuiam solum abducebat sibi G. hui,

Regem elegantem narras T. imò sic homo est

Per paucorum hominum. G. imò nullorum arbitror;

Si tecum uiuit. T. inuidere omnes mihi,

Mordere clanculum: Ego non floccipendere:

Illi inuidere miserè, uerum unus tamen.

Impensè, Elephantis quem Indicis præfecerat.

Is ubi molestus magis est, quæso, inquam, Strato,

Eône es ferox, quia habes imperium in beluas?

G. Pulchrè me hercle dictum & sapienter, papæ,

Iugularas hominem, quid ille? Th. mutus illicò.

G. Quidni esset? Pa. Dij uostram fidem, hominem
perditum,

Miserum, & illum, sacrilegum. I. quid illud Gna-
tho,

Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuiio,

Nunquid

ACTVS III. SCENA I.

Nunquid tibi dixi? G. nunquã: sed narra obsecro,
Plus millies iam audiui, T. vna in conuiuio
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.

Fortè habui scortum: cœpit ad id alludere,
Et me irridere, quid ais, inquam, hano impudens?

LEPVS TVTE ES, & pulpamentum quæris. G.
ha, ha, hæ.

T. Quid est? G. facete, lepidè, lautè, nihil supra,
Tuum* obsecrone hoc dictum erat? vetus credidi.

Alias, te.

T. Audieras? G. sepè et fertur in primis T. meū est,
Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.

P. At te Dii perdant. G. quid ille quæso? T. perditus.

Risu omnes, qui aderant, emoriri: deniq;
Metuebant iam omnes me. G. non iniuria.

T. Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur? G. nihil minus,

Alias suspi

Imò auge magis suspicionem. T. Cur. G. rogas?

Scin si quando illa mentionem Phædriæ
Facit aut si laudat, te in malè urat? T. sentio.

G. Id vt ne fiat, hæc res sola est remedio,

*

Vbi nominabit Phædriam: tu, Pamphilam

Deest syll

Continuo, si quando illa dicit, Phædriam

ba. Si legas

Intromittamus comessatum: tu Pamphilam

Par si pari,

Cantatum proucemus, si laudabit hæc

aut, paro

Illius formam: tu huius contra, deniq;

mox pari,

* Tu par pari referto, quodeam mordeat.

constat me

T. Si quidè me amaret, tum istuc prodesset Gnatlo. trum.

E V N V C H I.

Alias me-
tuat.

G. quando illud quod tu dās expēteat atq; amat,
Iamdudum amat teriamdudum illi facile fit,
Quod doleat.* metuet semper, quem ipsa nūc capit
Fructum, ne quando iratus, tu aliō conferas.
I Bene dixit: at istuc mihi non in mentem venerat.
G. Ridiculum: *non enim cogitaras: cæterum
Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thrasosē

Alias, nec.

ACTVS IIII. SCENA II.

Senarij.

THAIS, THRASO, PARMENO,
GNATHO, PYTHIAS.

A Vdire vocem visa sum modò militis:
Atq; eccum: salue mi Thraso. Thr. ô Thais
mea,
Meum suauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac? Pa. quàm veruste? quod dedit
Principium adueniens. Th. plurimum merito tuo.
G. Eamus ergo ad cœnam: quid stas: Pa. hem alte-
rum,
Ex homine hunc natum dicas. Th. ubi vis non moror
Pa. Apibo, atq; a simulabo, quasi nunc exeam.
Ituran? Thais quopiam es? Th. hem Parmeno,
Bene p̄l fecisti: hodie itura. Pa. quo. Th. * quid?
hunc vides?
Pa. Video, & me tædet, ubi vis, dona adsunt tibi.

In quid, eli-
ditur s.

A Phœ

ACTVS III. SCENA II.

A Phædria. Thr. quid stamus? cur non imus hinc?

Pa. Quæso hercle ut liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quæ volumus conuenire & colloqui.

Thr. Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

Pa. Res indicabit, heus iubete istos foras

Exire, quos iussi ocius, procede tu huc.

Ex Æthiopia est vsq; hæc Thr. hîc sunt tres minæ.

G. vix. P. vbi tu es Dore? accede huc: hem Eunuchum
tibi,

Quàm liberale facie, quàm ætate integra?

Th. Ita me Diu ament, honestus est. Pa. quid tu ais
Gnatho?

Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem
Thraso?

Tacent: satis laudant fac periculum in literis,

Fac in palestra, in Musicis: quæ liberum

Scire æquom est adolescentem, solertem dabo.

Thr. Ego illum Eunuchum, si opus fiet, vel sobrius.

Pa. Atq; hæc qui misit, non sibi: soli postulat

Te uiuere, & sua causa excludi cæteros:

Neq; pugnas narrat, neq; cicatrices suas

Ostentat: neq; tibi obstat, quod quidem facit:

Verùm vbi molestum non erit, vbi tu voles,

Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.

Thr. Apparet seruum hunc esse domini pauperis:

Miseriq; G. nam hercle nemo posset, sat scio,

Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.

¶

Pa. Tacet

E V N V C H I.

P. Tace tu : quem ego esse infra imfinos omnes puto
Homines: nam qui huic animū assentari induxeris,
E flamma te petere cibum posse arbitror.

Thr. Iamne imus ? Th. hos prius introducā , & ,
quæ uolo,

Alias, post Simul imperabo,* postea continuo exeo ,

boc. Thr. Ego hinc abeo : tu istanc operire. Pa. haud
conuenit,

Vnà ire cum amica imperatorem in uia.

Thr. Quid tibi ergo multa dicam ? domini similis es.

G. Ha, ha, hæ. Thr. quid rides ? G. istuc, quod dixti
modò :

Et illud de Rhodio dictum in mentem uenit.

Sed Thais exit. Thr. abi: præcurre ut sint domi

Parata G. fiat. Th. diligenter Pythia

Fac cures, si Chremes huc fortè aduenerit ,

Vt ores, primum ut maneat si id non commodum est

Vt redeat: si id non poterit a me adducito:

Py. Ita faciam. Th. quæ quid aliud uolui dicere ?

Hem, curate istam diligenter virginem :

Domi asitis, facite. Thr. eamus. Th. uos me se-
quimini.

ACTVS III. SCENA III.

CHREMES. PTHIAS.

Sanarij
Iambici

Profectò quanto magis magisq; cogito,
Nimirū dabit hæc Thais mihi magnū malum :
Ita me ab ea uideo astutè labefactarier.

Iam

ACTVS III. SCENA III.

Iam tum, cum primum iussit me ad se accersier,
 (Rogat quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem)

Vbi ueni, causam, ut ibi manerem, reperit:

Ait rem diuinam fecisse, & rem seriam

Velle agere mecum, iam tum erat suspicio,

Dolo malo hæc fieri omnia, ipsa accumbere

Mecum, mihi sese dare, sermonem quærere.

Vbi friget, huc euasit, quam pridem pater,

Mihi & mater mortui essent, dico, iam diu.

Rus Sunij ecquod habeam, et quam longe à mari.

Credo eo placere hoc, sperat se à me auellere.

Postremò ecqua inde parua perisset soror,

Ecquis cum ea unà, quid habuisset, cum perijt,

Ecquis eam posset noscere: hæc cur quæritat?

Nisi illa fortè, quæ olim perijt paruola

Soror, hanc se intendit esse, ut est audacia.

Verùm ea si uiuit, annos nata est sed: cim,

Non maior. Thais, ego quam sum, maiuscula est.

Misit porrò orare ut uenirem serio.

Aut dicat quod uolt, aut molesta ne fiet.

Non hercle ueniam terriò, heus heus. Py hic quis est?

C. Ego sum Chremes. Py. ô capitulum lepidissimum.

C. Dico ego mihi insidias fieri. Py. Thais maxumò

Te orabat opere ut cras redires. Ch. rus eo

Py. Fac amabo. Ch. non possum inquam. Py. at apud

nos hìc mane,

Dum redeat ipsa. Ch. nihil minus. Py. cur mi Chre-

mes

K 5

Ch. Me-

EVNVCHI.

Ch. Malam rem hinc ibis. Py. si illuc ita certum est tibi,

Amabo, ut illuc transeas, ubi illa est. Ch. co.

Py. Abi Dorias, citò hunc deduce ad militem.

ACTVS III. SCENA IIII.

ANTHIPHO.

Trochaici tetrametri catalectici.

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo^o,
 In hunc diem ut de symbolis essemus. Chæ-
 ream ei rei
 Addit aliū adolescentē,
 ut sit occasio narra-
 di faciūdi
 Chæree.
 Præfecimus: dati annuli: locus, tempus constitu-
 tum est.
 Præteryt tempus: quo in loco dictum est, parati
 nihil est.
 Homo ipse nusquam est: neq; scio, quid dicam, aut
 quid coniectem.
 Nunc mihi hoc negocii cæteri dedere, illum ut quæ-
 ram:
 Idq; adeo usam, si domi est. quisnam hic a Thai de
 exit?
 Is est, an non est, ipse est. quid hoc hominis? quis
 hic ornatus est?
 Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neq; con-
 icere,
 Nisi quicquid est, procul hinc libet prius, quid sit
 sciscitari.

ACTUS

ACTVS III. SCENA V.

CHÆREA, ANTIPHO.

Nunquid hic est? nemo est. nunquid hinc me
sequitur? nemo homo est.

Trochaic.
tetramet.
catalect.

Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium?
prò Iuppiter

Nunc est profecto interfeci, cum perpeti me possum,
Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine ali-
qua.

Iamb. tetr.
catalect.

Sed neminem ne curiosum interuenire nunc mihi.
Qui me sequatur, * quiq; iam rogitando obtun-
dat, enecet.

Senarij
acatalect.

Quid gestiam, aut quid letus sim, quò pergam, unde
emergam, vbi siem

Vestitum hunc naetus, quid mihi quæram, sanus sim
an ne insaniam. (catalect.)

Alias, qui
que iam.

A. Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam video
velle, inibo.

Chærea, quid est quod sic gestis? quidue sibi hic ve-
stitus quærit?

Quid est quòd letus sis? quid tibi vis? satis ne sa-
nus? puid me

Aspectas? quid taces? C. ô festus dies hominis: amice
Salue, nemo est omnium, quem ego magis nunc cu-
perem, quam te.

A. Narro istuc, quæso, quid fiet. Ch. imò ego te obse-
cro hercle, vt audias.

(Acatale.
Nostin^o

EVNVCHI.

- Narratio
in qua Chæ
rea comme
morat suū
facinus so-
dali. Erat
enim idone
us congerro
fingendus,
apud quem
ista liberè
effutiret.
- Nonne hanc, quã amat frater? A. noui. nempe opi-
nor Thaidem. (Trocha. tetra. cata.
- Ch. Istan ipsam. A. sic commemoreram. Ch. hodie
quædam est ei dooo data. (Iamb. cata.
- Virgo: quid ego eius tibi nunc faciem prædicem,
aut laudem Antipho, (Trocha. cata.
- Cum ipse me noris, quam elegans formarum spe-
ctator siem? (Iamb. acata.
- In hanc commotus sum. A. ain tu? Ch. Primam di-
ces scio, si uideris.
- Quid multa uerba? amare cœpi, fortè fortuna do-
mi.
- Erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat
Frater Thaidi:
- Neq; is deductus etiam tunc ad eam submouit me
Parmeno
- Riuus, ta-
ce sis. Ibi seruos, quod ego arripui. A. quid id est? Ch. ta-
cessis* citius audies.
- Vt uestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me
illò ducier.
- A. Pro Eunuchon? Ch. sic est. A. quid ex ea re tan-
dem ut caperes commodi?
- Ch. Rogas? uiderem, audirem, essem unà, qua cum
cupiebam Antipho.
- Nunc parua causa, aut parua ratio est? traditus
sum mulierì.
- Illà illico ubi me accipit, læta verò ad se abducit
domum. Commen.

79

ACTVS III. SCENA V.

Commendat uirginem. A. cui ? tibine ? Ch. mihi,
A. satis tutò tamen

Ch. Edicit, ne uir quisquam ad eam adeat, & mihi,
ne abscedam, imperat,

In interiore parte ut maneam solus cum sola, annuo
Terram intuens modestè. A. miser. Ch. ego, inquit,
ad cœnam hinc eo:

Abducit secum ancillas: pauca, quæ circum illam
essent. manent (Trocha. catalect.

Novitiæ puellæ, continuo hæc adornant, ut lauet.

Hæc, pro
hæc, Riuus:

Adhortor, properent, dum aparatur, uirgo in con-
clauis sedet,

Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat
pictura hæc, Iouem

Quo pacto Danæe misisse aiunt quondam in gre-
mium imbrem aureum.

Ego met quoq; id spectare cœpi: & quia consimi-
lem luserat

Iam olim ille ludum, impendio magis animus gau-
debat mihi.

Deum sese in hominem conuertisse, atq; per alias
tegulas

Venisse * clanculum per impluuium, fucum factum
mulieri:

Nisi legas
clã, metri
non constat

Ad quem Deum ? qui templa cœli summa sonitu
concutit.

Ego homuncio hoc non facerem ? ego illud verò ita
feci, ac lubens, Diuus

E V N V C H I

Catalect. Dum hæc mecum repeto, accersitur lauatum interea virgo:

It, lauit, redit: deinde illam in lecto illæ collocant.

Trochaic. Sto expectans, si quid mihi imperent: venit vna, catalect. heus tu inquit Dore

Iamb. cata. Cape hoc flabellum, & uentulum huic sic facito, dum lauamur.

Vbi nos lauerimus, si voles lauato, accipio tristis,

A. Tum equidem istuc os tuum impudens uidere nimium vellem,

Qui esses status. flabellum tenere te asinum tantum

Ch. Vix elocuta est hoc, foras simul omnes prorunt se:

Abeunt lauatum, perstrepunt, ita ut sit, domini vbi absunt.

Interea somnus virginem opprimit, ego limis aspecto.

Sic per flabellum clanculum, & simul alia circumspecto.

Satin explorata sint: video esse, pessulum ostio obdo.

A. Quid tum? Ch. quid tum fatue? A. fateor. Ch. an ego occasionem

Mibi ostentatam tantam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam

Amittirem: tum pol ego is essem verè, qui asimulabar.

A. Sanè

80

ACTVS IIII. SCENA I.

A. Sanè hercle, vt dicis, sed interim de symbolis quid actum est?

Ch. Paratum est. A. frugi es: vbi dominus? imò apud libertum Discum.

A. Perlongè est sed tanto ocius properemus: muta vestem.

Ch. Vbi mutem? perij: nam domo exilio: nunc metuo fratrem,

Ne intus sit: Porro autem pater ne rure redierit iam.

A. Eamus ad me, ibi proximum est, ubi mutes Ch. rectè dicis.

Eamus: & de istac simul quo pacto porro possim Potiri, consilium uolo capere vnà tecum. A. fiat.

ACTVS IIII. SCENA I.

DORIAS.

<p>I Ta me Di benè ament, quantum ego illum vidi, nonnihil timeo misera,</p> <p>Ne quam ille hodiè insanus turbam faciat, aut vim Thaidi:</p> <p>Nam postquam iste aduenit Chremes adolescens, frater virginis,</p> <p>Militem rogat, vt eum admitti iubeat: ille continuo irasci,</p> <p>Neq; negare audere, Thais porro instare, vt hominem inuitet.</p>	<p>Iamb tetrà catalect.</p> <p>Trochaici catalect.</p> <p>Trochaicus tramet catalect.</p> <p>Octo catalect.</p> <p>Id facie</p>
---	---

E V N V C H I.

Id faciebat retinendi illius causa: quia illa quæ cupiebat

De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat. (Trocha. catalect.

Inuitat tristis, māsit ibi, illa cū illo sermone occipit Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum:

<p>Nisi legas puere non constat uer sus iā heus tetram. Sed prima sylla ba. Atceese pertinet ad uersum præ cedentem.</p>	<p>Voluit facere contra huic ægrè, heus, inquit, *puer Pamphilam Accerse, ut delectet hîc nos, illa exclamat, minime gentium, In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgiū. Interea aurum sibi clām mulier demit, dat mihi ut auferam: Hoc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducet, scio.</p>
--	---

ACTVS IIII. SCENA II.

Senarij.

PHÆDRIA

DVM rus eo, egomet mecum inter uias,
Ita ut sit, ubi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare & ea omnia in
Peiorē partem: quid opud est verbis? dum hæc puto,
Præterij imprudens uillam. longè iam abieram,
Cum sensi: redeo rursus, malè uerò me habens.
Vbi ad ipsum ueni diuorticulum, constiti?
Ocepi mecum cogitare; hem, biduum hîc

Manen-

ACTVS IIII. SCENA III.

Manendum est soli, sine illa? quid tum postea?
 Nihil est? quid? nihil? si non tangendi copia est,
 Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet,
 Saltem hoc licebit: certè extrema linea
 Amare, haud nihil est. villam prætereo sciens.
 Sed quid hoc est, quòd timida subito egreditur. Py-
 thias.

ACTVS IIII. SCENA III.

PYTHIAS, DORIAS, PHÆDRIA,
 Iambici tetrametri
 catalectici.

Vbi ego illum scelerosum misera atq; impium Epitasis v-
 inueniam? aut vbi quæram? triusq; par
 Hoccine tam audax facinus facere esse ausum? Ph. tis in fabu-
 pery, hoc quid sit vereor. (Troch. cata. la, suntq;
 Py. Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus tantū nar-
 est virginem, (Octona acata. rationes
 Vestem omnem miseræ discidit, tum ipsam capillo facti.
 conscidit.

Ph. Hem. Py. qui nunc si detur mihi, Dimeter.
 Ut ego vnguib facile illi in oculos inuolè venefico?
 Ph. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est Trochaicus
 domi catalect.
 Adibo. quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Iamb. tet.
 Pythia?
 Py. Hem Phædria, egon' quem quæram? abi hinc, quo Iamb. tria.
 dignus es cum tuis

L

Tam

EUNUCHI

- Iamb. tetr.* Tam lepidis Ph. quid istuc est rei?
 Py. Rogas me? Eunuchum quem dedisti nobis, quas
 turbas dedit?
 Virginem, quam heræ dono dederat miles, vitiauit.
 Ph. quid ais?
- Trochai.* Py. Perij. Ph. temulenta es. Py. vtinam sic sint, qui mi-
 hi malè volunt.
- Iamb. qua-
drati.* Do. Au, obsecro mea Pythias, quod istuc nam mon-
 stri fuit?
 Ph. Insanis: qui istuc facere Eunuchus potuit? Py. ego
 illum nescio
- Trim. tet.* Qui fuerit: hoc quod fecit, res ipsa indicat:
 Virgo ipsa lachrumat, neq; cum rogitis quid sit, au-
 det dicere.
 Ille autem bonus vir nusquam apparet etiam hoc mi-
 sera suspicior,
- Troch. tet.* Aliquid dono abeuntem abstulisse. Ph. nequeo mira-
Trochaic. ri satis
- Tetramet.* Quò ille abire ignauus possit longius, nisi si domum
Redundat Fortè ad nos redierit. Py. vise amabo, num sit. Ph.
syllaba. iam faxo scies.
 Do. Perij, obsecro tam infandum facinus mea tu, ne
 audiri quidem (Troch. catalect.
 Py. At pol ego amatores audieram esse mulieram
 eos maximos,
 Sed nihil posse: verum miseræ non in mentem vene-
 rat.

ACTVS III. SCENA III.

87

Nam illum aliquò concludsem, neq; illi commississem virginem.

ACTVS III. SCENA III.

PHÆDRIA, DORVS, PYTHIAS,
DORIAS.

Senarij

EXi foras scelestè: at etiam restitas?

Fugitiue prodi. malè conciliate. Do. obsecro
Ph. oh,

Error Phæ-
driæ incur-
tus in fabu-
la, qui De-
rū adductū
ad Thaidē
putat. Et
Scena ma-
gna expar-
te consumi-
tur in nar-
rationibus.

Illud vide os vt sibi distorsit carnufex.

Quid huc reditio est? quid vestis mutatio est?

Quid narras? paululum si cessassem Pythias,

Domi non offendissem, ita iam adornabat fugam.

Py. Habesne hominem amabo? Ph. quidni habeam?

Py. ô factum benè.

Do. Istuc pol verò benè. Py. vbi est? Ph. rogitas? non
vides?

Py. Videam obsecro, quem? Ph. hunc scilicet Py. quis
hic est homo?

Ph. Qui ad vos deductus hodie est. Py. hunc oculis
suis

Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria.

Ph. Non vidit? Py. an tu hunc credidisti esse obsecro

Ad nos deductum? Ph. namq; alium habui neminem.

Py. au,

Ne comparandus hic quidem ad illum est, ille erat

Honestæ facie, & liberali. Ph. ita visus est.

E V N V C H I

- Dudum, quia varia veste exornatus fuit:
Troch. tet. catalecti. Senarij. Nunc eò tibi videtur fœdus, quia illam non habet.
 Py. Tace obsecro: quasi verò paululum intersiet.
 Ad nos deductus est hodie adolescentulus,
 Quem tu verò videre velles Phœdria.
 Hic est uetus, vietus, veterinosus, senex,
 Colore mustellino. Ph. hem. quæ est hæc fabula?
 Eò redigis me, vt, quid egerim, egomet nesciam.
Iamb. sept. Eho tu, cmin' ego te? D. cmisti. Py. iube mihi denuo
 Respondeat. Ph. roga. Py. venisti hodie ad nos?
 negat.
 At ille alter venit annos natus sedecim:
Trimetr. Quem secum adduxit Parmeno. Ph. agedum, hoc mi-
 hi expedi.
 Primam istam, quam habes, vnde habes, vestem? ta-
 ces?
 Monstrum hominis, non dicturus? Do venit Chærea.
 Ph. Frater ne? Do. ita. Ph. quando? Do. hodie. Ph.
 quàm dudum? Do. modò.
 Ph. Qui cum? D. cum Parmenone. Ph. norasne eum
 prius?
 Do. Non, nec quis esset, vnquam audieram dicier.
 Ph. Vnde igitur fratrem meum esse sciebas: Do. Par-
 meno
 Dicebat eum esse: is dedit hanc mihi vestem. Ph. oc-
 cidi.
*Induit, dis-
 syllabū est.* Do. Meam ipse & induit, post vnà ambo abierunt fo-
 ras. Py.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

83

Py Iam satis credis sobriam esse me, & nihil menti-
tam tibi? Troch. catalect.

Iam satis certum est virginem vitiatam esse? Ph.
age nunc belua,

Credis huic quod dicat? Py. Quid isti credam? res
ipsa indicat.

Ph. Concede istuc paululum, audin? etiam nunc pau-
lulum, sat est.

Dic dum hoc rursum, Chæream tuam vestem detra-
xit tibi?

Do. Factum. Ph. & ea est indutus? Do. factum. Ph.
& pro te huc deductus est? Do. ita.

P. Iuppiter magne ô scelestum, atq; audacem homi-
nem. Py. vae mihi,

Etiam nunc non credis, indignis non esse irrisas mo- Trochaic.
dis? catalectic.

Ph. Mirum ni tu credis quod iste dicat, quid agam
nescio.

Heus tu, negato rursum. possumne hodie ex te ex- Trochaic.
culpere

Verum? vidisti ne fratrem Chæream? Da. non. Ph.
non potest

Sine malo fateri, video: sequere hac: modò ait, mo-
do negat.

Ora me Do. obsecro te verò Phædria. Ph. i intro. Do. Deest sylla-
bei, hei. ba, forte

Ph. † Alio pacto honestè quo modo hinc abeam, ne- nunc.
scio. Actum

E V N V C H I

Actum est siquidem : tu me hic etiam nebulo ludificabere ?

Py. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me vivere.

Hodie prima produ- Do. Sic est. Py. inueniam hodie, parem vbi pol referam gratiam.

citur, hoc Sed nunc quid faciendum censes Dorias? Do. de ista die. rogas

Virgine? Py. ita vtrum taceamne, an prædicem ?

Tu, super- Do. tu pol, si sapis,
est. Quod scis nescis, neq; de Eunucho, neq; de vitio virginis. (ceris.

Hac re & te omni turba euolues, & illi gratum fessid modò dic, abyssse Dorum. Py. ita faciam. Do. sed videon' Chremem ?

Thais iam aderit. Py. quid ita ? Do. quia, cum inde abeo iam tum inceperat

Turba inter eos. Py. tu aufer aurum hoc : ego scibo ex hoc, quid fiet,

ACTVS IIII. SCENA V.
CHREMES, PYTHIAS.

Lamb. tetr. **A**Tat, data hercle verba mihi sunt, vicit vinum quod bibi.

Ac dum accubabam, quàm videbar mihi esse pulchrè sobrius :

Postquam surrexi, neq; pes, neq; mens suum satis officium facit,

Py.

ACTVS III. SCENA VI.

Py. Chreme. Ch. quid est? ehem Pythias, vab quanto
nunc formosior

Videre mihi, quam dudum? Py. certè tu quidem pol
multo hilarior.

Ch. Verbum hercle hoc verumeſt: SINE CERERE
ET LIBERO friget Venus.

Sed Thais multò ante venit: Py. an abiit iam à mi- Iamb. tet.
lite?

Ch. Iam dudum ætatem: lites sunt inter eos factæ
maxumæ.

Py. Nihil dixit tum, vt sequerere sese? Ch. nihil, nisi
abiens mihi innuit.

Py. Eho, nonne id sat erat? Ch. at nesciebam id dice-
re illam, nisi quia

Correxit miles: quod intellexi minus: nam me ex-
trusit foras.

Sed eccam ipsam: miror, vbi ego huic anteuertirim.

ACTVS III. SCENA VI

THAIS, CHREMES, PYTHIAS

CRedo equidem illum iam affuturum esse, vt il- Trochaic.
lam à me eripiat: sine, tetr. catal.

Vt veniat, atqui si illam digito attigerit vno, oculi
illico

Effodiētur, vsq; aded ego illius ferre possum ineptias
Et magnifica verba, verba dum sint: verum enim sē
ad rem

E V N V C H I

Conferentur, vapulabit.

Ch. Thais. ego iam dudum hic adsum. Th. ô mi Chreme te ipsum expecto:

Scin' tu turban hanc propter te esse factam? & adeo ad te attinere hanc

Omnem rem? Ch. ad me? qui? quasi istuc. Th. quia dum tibi sororem studeo

Reddere, & restituere, hæc, atq; eiusmodi sum multa passa.

Ch. Vbi est? Th. domi apud me. Ch. hem. Th. quid est?

Educta ita uti, teq; illaq; dignum est. Ch. quid ais? Th. id quod res est.

Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa quicquam abs te precij.

Ch. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita uti merita es, gratia.

Th. At enim caue, ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas Chreme,

Nam hæc ea est, quam miles à me vi nunc ereptum venit.

Abi tu cistellam Pythia domo effer cum monumentis.

Ch. Viden' tu illum Thais? Py. vbi sita est? Th. in riso: odiosa cessas?

Alias, mili- Ch. Militem secum ad te quantas copias adducere?
tum.

At at. Th. num formidulosus obsecro es mi homo?

Ch. apage sis,

Ego

ACTVS IIII. SCENA VI.

15

Ego formidulosus? nemo est hominum, qui viuat minus.

Th. Atq, ita opus est. Ch. hau, metuo, quem tu me esse hominem existimes.

Ch. Imò hoc cogitato: qui cum res tibi est, peregrinus est,

Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.

Ch Scio istuc. sed TV QVOD CAVERE possis, stultum admittere est.

Malo ego nos prospicere, quàm hinc vlcisci accepta iniuria,

Tu abi, atq, ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum:

Volo ego adesse. hic aduocatos nobis in turba hac. Th. mane.

Ch. Melius est. Th. mane Ch. omitte iam adero. Th. nihil opus est istis Chreme:

Hoc dic modò? sororem esse illam tuam, & te paruum virginem

Amisisse, nunc cognosse, signa ostende. Py. adsunt. T. cape.

Si vim facit, in ius ducito hominem: intellexitne? Ch. probe.

Th. Ec animo hæc præsentì dicas. Ch. faciam Th. attolle pallium.

Perij, huic ipsi opus est patrono, quem defensorem para.

L 5

Actus

E V N V C H I

ACTVS IIII. SCENA VII.
THRASO, GNATHO, SANGA,
CHREMES, THAIS.

Epitasis ri- **H**anc sine ego vt contumeliam tam insignem in
dicula. me accipiam Gnatho? (Octona.
Thraso ve- Mori & me satius est. Simalio, Donax, Syrisce, sequi
nit oppug- mini. (Insatius eliditur s.
natū ædes Primum ædeis expugnabo. Gn. rectè. Thr. virginem
Thaidis: eripiam G. probè.
estq; exitus Thr. Malè multabo ipsam. Gn. pulchrè. Th. in me-
harum mi- dium huc agmen cum vecti Donax.
narum dig- Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexte-
nus Thra- rum.
sone: sicut Cedo alios: vbi Centurio est Sanga, & manipulus
vulgo dici furum? Sa. eccum adest.
solet, partu Thr. Quid ignaue? penicilon pugnare, qui istunc
riunt mon- huc portes, cogitas? Alias, istuc.
tes, nasce- Sa. Egone? imperatoris virtutem noueram, & vini
tur ridicu- militum:
lus mus. Sine sanguine hoc fieri non possè. quin abstergerem
In Quid, e- vulnera.
liditur d. Thr. Vbi alij? Sa. qui (malum) alij? Socus Sannio ser-
uat domum.
Thr. Tu hosce instrue: hic ego ero post principia; in-
de omnibus signum dabo.
G. Illuc est sapere: vt hosce instruxit, ipse sibi carit
loco.

Thr.

86

ACTVS III. SCENA VII.

Th. Idem hoc iam Pyrrhus factitavit. Ch. viden' tie
Thais, quam hic rem agit?

Nimirum consilium illud reatum est de occultandis
ædibus.

Th. Sanè, quod tibi, nunc vir videatur esse, hic nebu-
lo magnus est:

Ne metuas. Thr. quid videtur? G. fundam tibi nunc
nimis vellem dari,

Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes: facerent
fugam.

Thr. Sed eecam Thaidem ipsam video. G. quàm mox
irruimus? Thr. mane.

OMNIA PRIVS EXPERIRI, quàm armis,
sapientem decet.

Qui scis, an quæ iubeam, sine vi faciat? G. Dij vostrâ
fidem, Trochaic.
catalectic.

Quanti est sapere? nunquam accedo, quin abs te a-
beam doctior.

Thr. Thais, primum hoc mihi responde: cum tibi do-
istam virginem,

Dixtin' mihi hos dies soli dare te? Th. quid tum po-
stea. Thr. rogitas?

Quæ mihi ante oculos amatorem coram adduxti
tuum?

Th. Quid cum illo agas? Thr. & cum eo clam te sub-
dixti mihi.

Th. Libuit. Thr. Pamphilam ergo huc redde, nisi vi
mauis eripi. Ch.

E V N V C H I

Ch. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omnium
G. ab quid ais? tace.

Ch. Quid tu tibi vis? Thr. ego non tangam meam?
Ch tuam autem furcifer?

G. Caue sis: nescis, cui maledicas nunc viro. Ch. non
tu hinc abis?

Scin' tu, vt tibi res sese habeat? si quicquam hodie
hic turbæ cœperis,

Faciam, vt huius loci, dieiq³ meiq³, semper memineris
G. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem faci-
as inimicum tibi.

Videntur
cretici

Ch. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. G.
ain' verò canis?

Trochaic.

Siccine agis? Thr. quis tu homo es? quid tibi vis? quid
cum illa rei tibi est?

Ch. Scibis: principio eam esse dico liberam. Thr. hem
Ch. ciuem Atticam. Thr. hui.

Ch. Meam sororem. Thr. os durum. Ch. miles, nunc
adeò edico tibi,

Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego ad Sophro-
nam eo

Nutricem, vt eam adducam, & signa ostendam hæc
Thr. tun' prohibeas,

Meam ne tangam? Ch. prohibeo inquam. G. audintus
hic furti se alligat,

Ch. Satin' hoc est tibi? Thr. idem hoc tu ais Thais?
Th. quære, qui respondeat.

Thr.

ACTVS V. SCENA I.

Thr. Quid nunc agimus? G. quin redeamus: iam hæc
tibi aderit, supplicans

Vltrò. Thr. credin? G. imò certè noui ingenium mu-
lierum:

Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. Thr. bene
putas.

G. Iam dimitto exercitum. Thr. vbi vis. G. Sanga, ita
vti fortes decet

Milites, domiq₃ fociq₃ fac vicissim vt memineras.

Sa. Iam dudum animus est in patinis. G. frugi es. Thr
vos me hæc sequimini.

ACTVS V. SCENA I.

Senarij.

THAIS, PTHIAS.

Pergin' scelestâ mecum perplexè loqui?

Scio, nescio: abiit, audiui: ego non adfui.

Non tu istuc mihi dictura apertè es, quicquid est?

Virgo conscissa veste lachrumans obticet,

Eunuchus abiit, quamobrem? quid factum est? taces

Py. Quid tibi ego dicam misera? illum Eunuchum
negant

Fuisse Th. quis fuit igitur? Py. iste Chærea

Th. Qui Chærea? Py. iste ephebus frater Phædriæ.

Th. Quid ais venefica? Py. atqui certò comperi.

Th. Quid is obsecro ad nos, aut quamobrem addu-
ctus est? Py. nescio.

Nisi

E V N V C H I

Nisi amasse credo Pamphilã. Th. hem misera occidi.
Infelix, si quidem tu isthæc vera prædicas.

Nam id lacrumat virgo? Py. id opinor. Th. quid ais
sacrilega?

Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?

Py. Quid facerem? ita ut tu iusti, soli credita est.

Th. Scelestã: LVPOOVE M commisiisti, dispudet

Sic mihi data esse verba, quid illic hominis est?

Py. Hera mea tace, tace obsecro, saluæ sumus:

Habemus hominem ipsum Th. ubi is est? Py. hem ad
sinistram, vides

Ne? Th. video. Py. comprehendi iube, quantum potest.

Th. Quid illo facies stultas? P. quid faciam, rogas?

Vide amabo, si non, cum aspicias, os impudens

Videtur. Th. non est. Py. tum quæ eius confidentia
est.

ACTVS V. SCENA II.

CHÆREA, THAIS, PTHIAS.

Iambici trimetri.

A Pud Antiphonem uterq, mater & pater,
Quasi dedita opera, domi erant, ut nullo mo-
do

Introire possem quin viderent me, interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam
Venit, ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum, inde item
In aliud, inde in aliud: ita miserrimus

Fui

ACTVS V. SCENA II.

Fui fugitando, ne quis me cognosceret

Sed est ne hæc Thais, quam video? ipsa est hæreo

Ab, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?

Th. Adeamus, bone vir Dære, salue: dic mihi,

Aufugistin? Ch. factum. Th. satia id tibi placet?

Ch. Non. Th. credin' te impune abiturum? Ch. vnam
hanc noxam

Mitte: si aliam vnquam ad misero vllam, occidito

Th. Num meam scuitiam veritus es? Ch. non. Th.
quid igitur?

Ch. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.

Th. Quid feceras? Ch. paululum quiddam Th. ehò,
paululum impudens?

An paululum hoc esse tibi videtur, virginem
Vitiare ciuem? Ch. conseruam esse crediti.

Py. Conseruam? vix me contineo, quin inuolem in
Capillum, monstrum etiam vltro derisum aduenit.

Ch. Abi hinc insana. Py. quid ita verò? debeam
Credo, isti quicquam furcifero, si id fecerim,
Præsertim cum se seruum fateatur tuum?

Th. Missa hæc faciamus, non te dignum Chærea
Fecisti: nam si ego digna hac contumelia

Sum maxumè, at tu indignus qui faceres tamen.

Neq; ædepol, quid nunc consilij captam, scio.

De virgine istac: ita conturbasti mihi

Rationes omnes, vt eam non possiem suis,

Ita vt æquom fuerat, atq; vt studui tradere,

vt soli-

Expostula-
tio Thaidis
cum Chæ-
rea.

Nisi legas,
paulū, non
constat ver-
sus.

E V N V C H Y

Vt solidum parerem mihi hoc beneficium Chærea.

Ch. Ad nunc de hinc spero æternā inter nos gratiam

Fore Thais, sæpe ex huiusmodi quapiam &

Malo ex principio, magna familiaritas

Conflata est, quod si hoc quispiam voluit Deus?

Th. Equidem pol in eam partem accipioq; & volo.

Ch. Imò ita quæso, vnum hoc scito, contumeliæ

Non me fecisse causa, sed amoris. Th. scio.

At propterea magis nunc ignosco tibi.

Non adeo inhumano ingenio sum Chærea

Neq; tam imperita, vt quid amor valeat nesciam.

Ch. Te quoq; iam Thais, ita me Dii benè ament, amo.

Py. Tum pol tibi ab isto hera cauendum intelligo.

*Ch. Non ausim Py. nihil tibi quicquam credo. Th. de
finas.*

Ch. Ego me tuæ committo fidei.

Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix sis:

Te mihi patronam cupio Thais: te obsecro:

Emoriar, si non hanc vxorem duxero.

Th. Tamen si pater Ch. ab quid? volet, certò scio,

Cuius modò hæc sit. Th. paululum opperirier

Si vis. iam frater ipse hîc aderit virginis:

Nutricem accersitum hîc quæ, illam aluit prouolam:

In cognoscendo tute ipse hîc aderis Chærea.

Ch. Ego vero maneo Th vis ne interea dum is venit,

Domi operiamur potius, quàm hîc ante ostium?

Ch. Imò percupio. Py. quâ tu rem actura obsecro es?

Th.

ACTVS V. SCENA III.

89

Th. Nam quid ita? Py rogitas? hunc tu in aedeis
cogitas

Recipere posthac? Th. cur non? Py crede hoc meae
fidei,

Dabit hic pugnam aliquam denuò. Th. hau, tace ob-
secro,

Py. Parum perspexisse eius videre audaciam

Ch. Non faciam Pythias. Py. non pol credo Chærea,

Nisi commissum non erit. Ch. quin Pythias

Tu me seruato. Py. neq, pol seruandum tibi

Quicquam dare, ausim, neq, te seruare apage te.

Th. Adest optimè ipse frater. Ch. perij hercle: ob-
secro

Abeamus intro Thais: nolo me in uia

Cum hac veste videat. Th. quamobrem tandem? an
qua pudet?

Ch. id ipsum. Py. id ipsum? virgo verò? Th. i præ-se-
quor.

Tu istic mane, vt Chremem introducas Pythias.

ACTVS V. SCENA III.

Senarij.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

QVæ? quid venire in mentem nunc possit
mibi,

Quidnam? qui referam illi sacrilego gra-
tiam,

Qui hunc supposuit nobis? Ch. moue verò ocyus

Te nutrix. So. moueo. G. video, sed nihil promoues.

M

Py. Iam

Py. Iamne ostendisti signa nutrici? Ch onnia.
 Py. Amabo quid ait, cognoscit ne? C. ac memoriter.
 Py. Bene & depol narras: nam illi faueo virgini.
 Ite intro: iam dudum hera uos expectat domi.
 Virum bonum eccum Parmenonem incedere
 Video. uide ut otiosus sit, si Dys placet,
 Spero me habere, qui nunc meo excruciem modo.
 Ibo intro de cognitione ut certum sciam:
 Post exhibe, atq; hunc perterrebo sacrilegum.

ACTVS V. SCENA IIII.

P A R M E N O, P T T H I A S.

Senarij.

Reuiso quidnam Chærea hic rerum gerat.
 Quod si astu rem tractauit, Dij vostrâ fidem,
 Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno?
 Nam ut omittam quod ei amorem difficilimum, &
 Carissimam ab meretrice auara virginem
 Quam amabat, eam confeci sine molestiâ,
 Sine sumptu, sine dispendio tum hoc alterum,
 Id verò est, quod ego mihi puto palmarium,
 Me reperisse, quomodo adolescentulus
 Meretricum ingenia & mores posset noscere:
 Maturè cum cognorit, perpetuò oderit.
 Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
 Nec magis compositū quicquam, nec magis elegans
 Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.
 Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam,

Quam

ACTVS V. SCENA VI.

30

Quam inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi,
 Quo pacto ex iure beſterno panem atrum vorent?
 Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis.

Py. Ego te pol pro iſtis dictis & factis ſcelus,
 Vlcifcar, vt ne impunè in nos illuſeris.

ACTVS V. SCENA VI.

PYTHIAS, PARMENO.

PRò fidem Deùm, facinus fœdum: ô infelicem
 adoleſcentulum, (Trocha. catalect.
 O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc ad-
 duxit. Pa. quid eſt?

Py. miſeret me: itaq; vt ne viderem, miſera huc
 effugi foras.

Quæ futura exempla dicunt in eum indigna? Pa.
 ô Iuppiter,

Quæ iſthæc turba eſt? nunnam ego perij? adibo.
 quid iſtuc Pythias?

Quid ais? in quem exempla ſiem? Py. rogitas auda-
 ciſſime?

Perdidisti iſtum, quem adduxti pro Eunuchò adoleſ-
 centulum,

Dū ſtudes dare verba nobis. Pa. quid ita? aut quid
 factum eſt? cedo.

Py. Dicam? Virginem iſtam, Thaidi bodie quæ dono
 data eſt,

Scin', eam hinc ciuem eſſe? & fratrem eius adprimò
 nobilem?

M a

Pa. Ne

EVNVCHI.

Pa. Nescio Py. atqui sic inuenta est: eam iste uitia-
uit miser.

Ille ubi rescivit factum frater violentissimus.

Pa. Quidnam fecit? Pa. colligauit primum cum
miseris modis Pa. † hem,

Hem extra
metrū est.

Colligauit? Py atq; equidem orante, vt me id face-
ret, Thaide.

Alias, mini-
tatur.

Pa. Quid ais? nunc minatur porrò sese id, quod
mæchis volet:

Quod ego nunquam vidi fieri, neq; velim. Pa. quā
audacia.

Tantum facinus, audet? Py. quid ita tantum? Pa. an
non hoc maximum est?

Quis homo pro mæcho vnquam vidit in domo me-
retricia

Deprehendi quenquam? Py nescio Pa. at ne hoc ne-
sciatis Pythias.

Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium.
Py. hem,

Obsecro an is est? Pa. ne quam in illum Thais vini
fieri sinat:

Atq; aded autem cun non egemet intrò eo? Py. vi-
de Parmeno

Quid agas, ne neq; illi profis, & tu pereas: nam hoc
putant,

Quicquid factum est, ex te esse ortum. Pa. quid igi-
tur faciam miser?

Quidue

ACTVS V. SCENA VI.

Quid ué incipiam? ecce autem video rure redeun-
tem senem,

Dicam huic, an non? dicam Hercle: & si mihi ma-
gnum malum.

Scio paratum: sed necesse est, huic ut subueniat.
Py sapis:

Ego ab eo intrò? tu isti narrato omnem rem ordine
ut factum fiet.

ACTVS V. SCENA VI.

LACHES senex, PARMENO.

EX meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neg₃ agri neg₃ urbis odium me vnquam per-
cipit.

Vbi satietas cœpit fieri commuto locum.

Sed est ne ille noster Parmeno? & certè ipsus est.

Quem præstolare hîc Parmeno ante ostium?

Pa. Quis homo est? ehem, saluum te aduenire here
gaudeo.

La. Quem præstolare? Pa. perij: lingua hæret metu.

La. hem,

Quid est? quid tripidas? satisne saluæ? dic mihi.

P. Here, primum te arbitrari id, quod res est, velim:

Quicquid hucus factum est, culpa non factum est mea.

La. Quid? Pa. rectè sanè interrogasti, oportuit

Rem prænarrasse me. emit quendam Phædria

Eunuchum, quem dono huic daret? L. cui? P. Thaidi.

La. emit? perij hercle quanti? Pa. viginti minis

M 3

La. Actum

Senarij.
præparatio
catastro-
phes.
In Sed aut e
eliditur,
aut d.

EUNUCHI.

La. Actum est **Pa.** tum quandam fidicinam amat
hic Chærea.

La. Hem quid? amat? an scit iam ille, quid meretricis
siet?

An in astu venit? aliud ex alio malum?

Pa. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.

La. Omitte de te dicere, ego te furcifer,

Si vivo. Sed istuc quicquid est primum expedi.

Pa. Is pro illo Eunuchus ad Thaidem hanc deductus
est.

La. Pro Eunuchon? **Pa.** sic est. hunc pro mæcho
postea

Comprehendere intus, & constrinxere. **La.** occidi.

Pa. Audaciam meretricum specta. **La.** nunquid est

Aliud mali, damniue, quod non dixeris,

Reliquum? **Pa.** tantum est. **La.** cesso huc intro ir-
rumpere?

Pa. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re
sit malum,

Nisi, quia necesse fuit hoc facere. id gaudeo,

Propter me hisce aliquid esse euenturum mali,

Nam iam diu aliquam causam quærebat senex,

Quamobrem insigne aliquid faceret is, nunc rep-
perit.

ACTVS V. SCENA VII.

Iambici tetrametri cata-

lectici.

Pythias

ACTVS V. SCENA VII.

PYTHIAS, PARMENO.

Nunquam ædepol quicquam iam diu, quod Error Parmenonis de
magis uellem euenire, risi ab ancilla, auget
Mibi euenit, quam quòd modò senex intrò ad nos
venit errans.

Mibi solæ ridiculo fuit, quæ quid timere * sciebam. gratiam fa-

Pa. Quid hoc autem est? Py. nunc id prodeo, ut con- bulæ. Scie-
ueniam Parmenonem. bā, dissylla-

Sed ubi obsecro est? Pa. men' quærit hæc? Py. atq; ec- cum est.
cum video: adibo.

Pa. Quid est inepta? quid tibi vis? quid rides? per-
gin'. Py. perij.

Defessa iam sum misera te ridendo. Pa. quid ita?
Py. rogitas?

Nunquam ædepol hominem stultiorem vidi, nec vi-
debo, ah

Non possum satis narrare, quos ludos præbueris
intus.

At etiam primò callidum, & disertum credidi ho-
minem.

Pa. Quid? Py. illicône credere ea, quæ dixi, oportuit te?

An pœnitebat flagitiū, te autore, quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indi-
cares?

Nam quid credis illi animi tum fuisse, ubi vestem
vidit

M

illam

EVNVCHI.

Illam esse eum indutum pater? quid est? iam scis te
perysse:

Pa. Hem, quid dixti pessuma? an mentita es, etiam
rides?

Itane lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere?
Py. nimum.

Pa. Siquidem istuc impunè habueris. Py. verum? Pa.
reddam hercle. Py. credo. (tare

Sed in diem istuc Parmena est fertasse, quod mini-
Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum no-
bilitas

Flagitijs, & eundem indicas: vterq; exempla in te
edent.

Pa. Nullus sum. Py. hic pro illo monere tibi honos
est habitus: abeo.

Pa. Egomet meo indicio, miser, quasi Sorex, hodie
perij.

ACTVS V. SCENA VIII.

Trochaici catalectici.

GNATHO, THRASO.

Quid nunc? qua spe, aut quo consilio huc
imus? quid coeptas Thraso?

Th. Egone vt Thaidi me dedam, & faciam
quod iubeat. Gn. quid est?

Th. Qui minus quam Hercules seruiuit Omphalæ?
Gn. exemplum placet.

Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput.

Sed.

ACTVS V. SCENA IX.

93

Sed fores crepuère ab ea, perij Th. quid autem hoc est mali?

Hunc ego nunquam videram & iam quidnam hinc properans profilit?

ACTVS V. SCENA IX.

CHÆREA, PARMENO, PHÆDRIA,
GNATHO, THRASO.

<p>O Populares, ecquis me viuit hodie fortunatior?</p> <p>Nemo hercle quisquam: nam in me planè Dy potestatem suam</p> <p>Omnem ostendère, cui tam subito tot congruerint commoda.</p> <p>P. Quid hic lætus est? Ch. ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium.</p> <p>Inuentor, inceptor, perfector, scin' me in quibus sim gaudijs?</p> <p>Scis Pamphilam meam inuentem ciuem? Pa audi-</p> <p>ui Ch. scis sponsam mihi?</p> <p>Pr. Benè ita me Dij ament, factum. Gn. audin' tu illum. quid ait? Ch. cum autem Phædræ.</p> <p>Meo frati gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: vna est domus:</p> <p>Thais patri se commodauit in clientelam & fidem,</p> <p>Nobis dedit se, Pa. fratris igitur Thais tota est?</p> <p>Ch. scilicet.</p>	<p>Catastro-</p> <p>phe in qua</p> <p>Chærea sibi</p> <p>gratulatur</p> <p>nuptias. Po-</p> <p>stea Gnatho</p> <p>impetrat à</p> <p>Phædria, ne</p> <p>Thraso pror-</p> <p>sus excluda-</p> <p>tur.</p>
--	---

M 5

Pa. iam

E V N V C H I.

Alias pelle-
tur.

Py. Iam hoc aliud est, quod gaudeamus, miles * pel-
litur foras.

Ch. Tum tu frater, ubi ubi est, fac quam primum hæc
audiat Pa. visam demum.

Thr. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego nunc per-
petuò perierim?

Gn. Sine dubio opinor Ch. quid commemorem pri-
mum, aut laudem maxumè?

Illum, qui mihi dedit consilium ut facerem, an me,
qui id ausus sim

Incipere? an fortunam collaudem, quæ governa-
trix fuit:

Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum conclu-
sit diem? an

Mei patris festiuitatem & facilitatem? ô Iuppiter,
Serua obsecro hæc nobis bona. Ph. dy uostram fi-
dem, incredibilia.

Parmeno modò quæ narrauit, sed ubi est frater?
C præstò adest.

Pa. Gaudeo. Ch. satis credo, nihil est Tbaide hæc fra-
ter tua dignius,

Quod ametur: ita nostræ est omni faulrix familie
Ph. hui, mihi

Illam laudas? Thr. perij, quanto minus spei est, tan-
to magis amo

Obsecro gnatho in te spes est. Gn. quid vis faciam?
Thr. persice hoc.

Preci-

ACTVS V. CSENA IX.

Precibus, precio, vt hæream in parte aliqua tandem
apud Thaidem.

Gn. Difficile est Thr. si quid collibuit, noui te, hoc
si effeceris,

Quoduis donum & præmium à me optato, id opta-
tum feres.

Gn. Itane? Th sic erit. Gn. si efficio hoc, postulo, vt
tua mihi domus

Te præsentem, absente pateat, inuocato vt sit locus
Semper. Thr. de fidem ita futurum. Gn. accingar. Ph.
quem ego hic audio?

○ Thraso. Th. saluete. Ph. tu fortasse, quæ facta his
sient,

Nescis? Thr. scio. Ph. cur te ergo in his ego conspicio
regionibus?

Thr. Vobis fretus. Ph. scin' quàm fretus? miles edico
tibi,

Si in platea hac te offendero post vnquam, nihil
quòd dicas mihi:

Alium quærebam, iter hac habui: peristi. Gn. eia
haud sic decet.

Ph. Dictum est. Gn. non cognosco vestrum tam super-
bum. Ph. sicerit.

Gn. Prius audite paucis: quòd cum dixerò, si pla-
cuerit,

Facitote. Ph. audiamus. Gn. tu concede paululum
istuc, Thraso.

Princi-

E V N V C H I

Principio ego vos ambos credere hoc mihi vehementer velim,

Me huius quicquid faciam, id facere maxime causa mea.

Verum idem si vobis prodest, vos non facere inscitia est

Ph. Quid id est? G. militem ego rivalem recipiendum censeo. Ph. hem

Recipiendum? Gn. cogita modo, tu hercle cum illa Phædria

Paululum, Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas,
dissyllabum Et quod des paululum, & necesse est multum acci-
est. pere Thaidem,

Vt tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo.

Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo

Nemo est, principio & habet quod det, & dat nemo largius:

Fatuus est, insulsus, tardus, sterit noctesq; & dies:
Neq; istum metuas, ne amet mulier facile pellas,
vbi velis.

Ph. Quid agimus? Gn. præterea hæc etiam, quod ego vel primum puto,

Accipit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius.

Ph. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est &
Gb. idem ego arbitrator.

Gn. Recte

95
ACTVS V. SCENA IX.

Gn. Rectè facitis, vnum etiam hoc vos oro, vt me
in voftrum gregem

Recipiatis: fatis diu hoc iam faxum uoluo. Ph. re-
cipimus.

Ch. Ac lubenter, Gn. at ego pro iftuc Phædria, &
tu Chærea,

Hunc comedendum, & deridendum vobis propo-
no. Ch placet.

Ph. Dignus eſt. Gn. Thraſo, vbi vis, accede. Thr ob-
ſecro te, quid agimus?

Gn. Quid? iſti te ignorabant. poſtquam eis mores
oſtendi tuos,

Et collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas,
Impetraui. Thr. bene feciſti, gratiam habeo maxu-
mam.

Nunquam etiam fui vſquam, quin me omnes ama-
rent plurimum.

Gn. Dixi' ego in hoc eſſe vobis atticam eloquen-
tiam?

Ph. Nihil prætermiſſum eſt. G. ite hac omnes: Vos
ualete & plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI:

ARGVMENTVM IN HEAV-
tentimorum enim.

Tanta huius Fabulæ eloquentia est, ut pleriq; à Lælio, quo illis temporibus Romæ nemo fuit eloquentior, scriptam existimarent: & Poëta ipse testatur, in hac puram esse orationem, quæ laus tanta est, ut in eloquentia vix vlla pars plus habeat gratiæ. Neq; prædicaturus hoc palam fuerat Comicus, nisi nouam, insignem, & penè diuinam sermonis elegantiam esse iudicasset.

Depingit autem parentum vitia. Nam Menedemus liberaliter amantem Cliniam iusto incrementius tractat adolescentem modestum & frugi: Quem postquam domo eiecit victum iurgijs & contumelijs, multò impotentius desiderat, Ad eò multifariam hic peccat. Hunc seni opponit Chremetem monitorem: sed quem postea videas plura, quàm Menedemum peccare. Primum, is nunquam deprehendit perditè amare filium, & compilari se à scorto sumptuoso. Post vbi reseruit, irascitur ipse suo filio, eumq; grauiter obiurgat, & postremò placatur ab amico.

EPITASIS.

Porro quia fingebat Poëta velut oculis captum Chremetem, quia insignia filij vitia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam, idq; hic periculi est, ne resciscat Chremes Bacchidem filij amicam esse. Huic omnia cõsilia omnes dolos seruuli referremus. Et à Chremete prius argentum emungit Bacchidinu-

96
di numerādum, quā comperit, filij rem agi.
Fallitur autem, cum fingitur Bacchis esse Cli-
niæ.

In prima fabulæ parte vbi Menedemum
cōfirmat Chremes, oratio est deliberatiui, seu
suasoriij generis, qua hic consulatur erigit, mo-
net animi ægrum vicinum.

In reliqua fabulæ parte, quæ periculum
continet, res omnis trāslationis rhetorica agi-
tur, quia quæ ad Chremetis filium pertinent,
omnia conferuntur in Menedemi gnatum.

In primis admirabilis est hic seruulus, cu-
sus callidissimis consilijs neutiquā respondet
euentus Nec leuiter de suo cōsilio sibi placet,
cum ait: Hic me magnificè efferō &c. Est ea
mirifica omnino imago humanorum & con-
siliorum & euentuum. Fallunt enim ferè
astutissima consilia mortales. Sicut Ciceronè
fefellit euentus belli, aduersus Antonium
suscepti, Extant exempla in historijs innu-
merabilia.

Fabula interlocutores.

Chremes senex,
Clitipho adolescens,
Syrus seruus,
Menedemus senex,
Clinia adolescens,
Dromo seruus,

Sostrata matrona,
Bacchis meretrix,
Phrygia ancilla,
Nutrix,
Antiphila meretrix.

ACTVS

IN HEAVTON TERENT.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, L. CORNELIO LENTULO, L. VALERIO FLACCO, ÆDILIBVS CVRVLIBVS. EGIT AMBIVIVSTVRPIO, MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. GRÆCA MENANDRV, ACTA PRIMA TIBIIS IMPARIBVS. DEINDE DVABVS DEXTRIS, ACTA ETIAM TERTIA T. SEMPRONIO M. IVVENTIO COSS.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarij.

IN militiam proficisci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit durus pater:
Animiq; sese angebat facti pœnitens,
Mox vt reuersus est, clam patre diuertitur
At Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem.
Cum accerseret cupitam Antiphilam Clinia,
Vt eius BACCHIS uenit amica, & seruolæ
Habitum gerens Antiphila, factum id, quò patrem
Suam celaret Clitipho, hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert à sene.
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit

PRO-

PROLOGVS,

Senarij.

NE cui sit voſtrum mirum, cur parteis ſeni
Poëta dederit, quæ ſunt adoleſcentium:
Id primum dicam: deinde, quòd veni, eloquar.
Ex integra Græca integram Comædiam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon:
Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.
Nouã eſſe oſtendi, & quæ eſſet, nunc qui ſcripſerit
Et cuius Græca ſit, in partem maxumam
Exiſtimarem ſcire voſtrum, id dicerem.
Nunc quamobrẽ has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit eſſe me, non prologum:
Veſtrum iudicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè.
Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.
Nam quod rumores diſtulerunt maleuoli,
Multas contaminaſſe Græcas, dum facit
Paucas latinas: eſt id factum, hic non negat,
Neq; ſe id pigere, & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo ſibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod maleuolus vetus Poëta dictitat,
Repente ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum,
Amicũ ingenio fretum, haud natura ſua:
Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio
Valebit. quamobrem omnes vos oratos volo,

Propoſitio

Narratio,
vnde ſum-
pta ſit hæc
fabula.

Purgatio,
quare Græ-
cam verte-
ret.

Conceſſio
ab exem-
plo.

N

Ne

PROLOGVS.

ΕΥΤΙΜΑΤΗ
 γογία.

Petitio.

Ne plus iniquum quam æquum oratio.
 Facite, æqui sitis, date crescendi copiam
 Nouarum, qui spectandi faciunt copiam
 Sine vitijs : ne ille pro se dictum existumet,
 Qui nuper fecit seruo currenti, in via
 Decesse populum : cur insano seruiat ?
 De illius peccatis plura dicet, cum dabit
 Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
 Adeste æquo animo : date potestatem mihi,
 Statariam agere vt liceat per silentium,
 Ne semper seruus currens, iratus senex,
 Edax parasitus, Sycophanta autem impudens,
 Auarus Leno, assidue agendi sint seni
 Clamore summo, cum labore maxumo.
 Mea causa causam hanc iustam esse animum indu-
 cite.
 Vt aliqua pars laboris minuatur mihi:
 Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni:
 Si qua laboriosa est, ad me currunt.
 Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
 In hac est pura oratio, experimini,
 In vtrang, partem ingenium quid possit meum.
 Si nunquam auarè precium statui arti meæ,
 Et eum esse questum in animum induxi maxumum.
 Quam maxumè seruire vobis commodis :
 Exemplum statuite in me, vt adolescentuli
 Vobis placere studeant potius, quam sibi.

Actus

ACTVS PRI-
MI SCENA

PRIMA.

CHREMES, MENEDEMVS, senes.

Senarij,



Vanquam hæc inter nos nuper noti-
tia admodum est,

Inde adeo quòd agrum in proximo
hic mercatus es, (fuit:

Nec rei ferè sanè amplius quicquam

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,

(Quod ego in propinqua parte amicitia puto)

Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,

Quòd mihi videre præter ætatem tuam

Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.

Nam pro Deum, atq; hominum fidem, quid vis tibi?
aut

Quid quæris? annos sexaginta natus es.

Aut plus eò, vt conyicio, agrum in his regionibus

Meliorem, neq; precij maioris nemo habet:

Servos complureis: proinde quasi nemo fiet,

Ita tute attentè illorum officia fungere

Nunquam tam manè egredior, neq; tam vesperi

Domum reuertor, quin te in fundo conficer

Fodere: aut arare: aut aliquid ferre, deniq;

Nullum remittis tempus, neq; te respicis,

Hæc non voluptati esse, satis certo scio.

Prorsus
rhetoricè
orditur &
narrat. Su-
mit autem
exordium
ab officio
vicini.

Propositio
obiurgati-
onis.

Expositio
contincens
rationem
obiurgati-
onis.

Occupati^o
plena hu-
manitatis.

HEAVTONT.

At enim (dices) me quantum hic operis fiat, pœnitet
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.

Me. Chreme, tantum ne est abs re tua ocij tibi,
Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?

Ch. Homo sum: humani à me nihil alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta.

Rectum est, ego ut faciam: non est, te ut deterream.

Me. Mibi sic est usus: tibi ut opus est facto, face.

Ch. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet? Me.
mibi est.

C. Si quid laboris est. nollem: sed quid istuc mali est
Quæso, quid de te tantum meruisti? Me. eheu.

Ch. Ne lacruma, atq; istuc, quicquid est, fac me ut
sciam.

Ne retice: ne verere: crede inquam mibi:

Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.

Me. Scire hoc vis? C. hac quidem causa, qua dixi tibi.

Me. Dicetur. Ch. at istos rastros interea tamen

Depone, ne labora. Me. minimè. Ch. quam rem agis?

Me. Sine me. vacuum tempus ne quod dem mihi

Laboris. Ch non sinam inquam. Me. ah, non æquoni
facis.

Ch. Hui, tam graueis hos quæso? Me. sic meritum est
meum.

Ch. Nunc loquere. Me. filium vnicum adolescentulū

Habeo: ah quid dixi habere me: imò habui Chreme,

Nunc

ACTVS I. SCENA I.

33

Nūc habeam, nec ne, incertum est. Ch. quid ita istuc

Me. scies,

Est è Corintho hīc aduena anus paupercola:

Eius filiam ille amare cœpit perditē,

Propè iam vt pro vxore haberet: hæc clam me

omnia.

Vbi rem rescui, cœpi non humanitus,

Neq; vt animum decuit ægrotum adolescentuli

Tractare, sed, vi & via peruolgata patrum:

Cotidie accusabam: hem, tibine hæc diutius

Licere speras facere, me viuo patre,

Amicam vt habeas propè iam in vxoris loco ?

Erras si id credis, & me ignoras Clinia,

Ego te meum esse dici tantisper volo,

Dum, quòd te dignum est, facies: sed si id non facis,

Ego, quod me in te sit facere dignum, inuenero :

Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.

Ego istuc ætatis non amori operam dabam,

Sed in Asi am hinc abij propter pauperiem, atq; ibi

Simul rem & gloriam armis belli repperi.

Postremò adeò res redijt, adolescentulus

Sæpe eadem, & grauiter audiendo victus est:

Putauit me & ætate, & beneuolentia

Plus scire & prouidere, quam seipsum sibi:

In Asiam ad Regem militatum abijt Chreme.

Chr. Quid ais? Me. clam me profectus, menseis treis

abest.

ἱστορία
quæ maxi-
mè decet
narratio-
nes.

N 3

Ch.

H E A V T O N T.

Ch. Ambo accusandi: etsi illud inceptum tamen
 Animi est pudentis signum, & non instrenui.
 Me. Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conscij,
 Domum reuertor mæstus, atq; animo ferè
 Perturbato, atq; incerto præ ægritudine;
 Asido: accurrunt serui: foccos detrahunt,
 Video alios festinare, lectos sternere,
 Cœnam apparare: pro se quisq; sedulo
 Amplificat Faciebat, quò illam mihi lenirent miseriam.
 narrationē Vbi video hæc, cœpi cogitare, Hem, tot mea
 addens π & Solius solliciti sunt causa, vt me vnum expleant?
 64, hoc est, Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
 querelam Tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum,
 senis, de eie Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius,
 Eto filio. Quod illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est,
 Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea.
 Malo quidem me dignum quouis deputem,
 Si id faciam: nam vsq; dum ille vitam illam tolet
 Inopem, carens patria ob meas iniurias,
 Interea vsq; illi de me supplicium dabo,
 Laborans, quærens, parcens, illi seruiens.
 Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus,
 Nec vas, nec vestimentum: corrafi omnia:
 Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico
 Faciundo facile sumptum exerceant suum,
 Omneis produxi ac vendidi: inscripsi illico
 E deis mercede: quasi talenta ad quindecim

ACTVS I. SCENA I.

Coegi: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo.

Decreui, tantisper me minus iniuriæ

Chreme meo gnato facere, dum fiam miser,

Nec fas esse vlla me hic voluptate frui,

Nisi vbi ille huc saluos redierit meus particeps.

Ch. Ingenio te esse in liberos leni puto, &

Illum obsequentem, si quis rectè aut commodè

Tractaret, verum neq; tu illum satis noueras,

Nec te ille, hoc ibi fit, vbi non verè viuitur.

Tu illum nunquam ostendisti, quanti penderes.

Nec illi tibi est credere ausus, quæ est æquom patri,

Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.

Me. Ita res est, fateor: peccatum à me maximum est.

Ch. Menedeme, ut porrò rectè spero, illum tibi

Saluom affuturum esse hic, confido propediem.

Me. Utinam Diu ita faxim. Ch. facient. nunc, si com-
modum est,

Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo.

M. Non possum. Ch. cur non quæso tandem aliquan-
tulum

Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.

Me. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim

Nunc me ipsum fugere. Ch. siccine est sententia?

Me. Sic. Ch. bene vale. Me. & tu. Ch. lachrimas ex-
cusit mihi,

Miseretq; me eius: sed ut dici tempus est,

Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,

HEAVTONT.

*Ad cœnam vt veniat : ibo, visam si domi est.
Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi,
Aiunt, præsto apud me esse : egomet conuiuas mo-
ror.*

*Ibo adeo hinc intrò sed quid crepuerunt fores?
Hinc à me quisnam egreditur? huc concessero.*

ACTVS I. SCENA II.

CLITIPHO, CHREMES.

Occasio se-
quentium
turbarum

Nihil adhuc est, quòd vereare Clitia: haud qua-
quam etiam cessant:

& pericu-
lorum pro
ponitur, vi-
delicet, ado-
lescentis
reditus.

Et illam simul cum nuncio tibi hic ego affuram
Hodie scio : proin tu sollicitudinem istam falsam
Que te excruciat, omittas. Ch. qu' cum loquitur
filius?

Trochaic.
Dimeter.

Cli. Pater adest, quem vœni: adibo. pater oportu-
nè aduenis.

catalecti.
Trach. tet.

Ch. Quid id est? Cli. hunc Menedemum nos in' no-
strum vicinum? Ch. probè.

Catalect.
Octonarius

Ch. Huic filium scis esse? Ch. audiui, in Asia. Cli non
est pater,

hypercata.

Apud nos est. Ch. quid ais? Cli. aduenientem, è nauì
egredientem, illico

Adduxi ad cœnam, nam mihi magna cum eo iam
inde vsq; à pueris

Semper fuit familiaritas. Ch. voluptatem magnam
nuncias.

Quam

Quàm vellem Menedemum inuitatum, vt nobiscum
esset hodie amplius,
Vt hanc læticiam nec opinanti primus ei obijcerem
domi,

Atq; etiam nunc tempus est. Cli. caue faxis, non est Iamb. qua-
opus pater. drat. acata

Ch. Quapropter? Cli quia enim incertum est, etiam
quid se faciat, modò venit:

Timet omnia, patris iram, & animum amicæ, se er-
ga vt sit suæ.

Eam miserè amat propter eam hæc turba, atq; abi-
tio euenit Ch. scio.

Cli. Nunc seruolum ad eam in urbem misit, & ego
nostrum vnà Syrum.

Ch. Quid narrat? Cli. quid ille? se miserum esse. Ch.
miserum? quem minus credere est?

Quid reliqui est, quin habeat quæ quidem in homi-
ne dicuntur bona?

Parentis, patriam incolumem, amicos, genus, cogna-
tos, diuitias:

Atq; hæc perinde sunt, vt illius animus, qui ea possi-
det:

Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

Cli. Imò ille senex fuit importunus semper, & nunc
nihil magis

Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus satis faxit
pater.

H E A V T O N.

Senex præ-
fatur de fi-
liorum of-
ficio erga
parentes.

Ch. Illéne? sed reprimam me: nam in metu esse hunc
illi est utile.

Cli. Quid tute recum? Ch. dicam vt vt erat, mansum
tamen oportuit.

Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius libidi-
nem:

Pateretur: NAM QVEM FERRET, s; parentem
non ferret suum?

Hunc cine erat æquom ex illius more, an illum ex hu-
ius viuere? &

Quòd illum infimulat durum, id non est: nam pa-
rentum iniuriæ.

Vniusmodi sunt ferme: paulò qui est homo tolera-
bilis.

Scortari crebrò nõunt: nolunt crebrò conuiuariet,
Præbent exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad vir-
tutem omnia.

Verùm, vbi animus semel se cupiditate deuinxit ma-
la,

Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia.
hoc

Scitum est, PERICVLVM EX ALIIS facere, tibi
quod ex vsu fiet.

Cli. Ita credo. Ch. ego ibo hic intrò, vt videam nobis
cœnæ quid fiet.

Tu, ut tempus est diei, vide sis ne quo hinc abeas lon-
gius,

Actus

ACTVS II. SCENAI.

Octonarij iambici.

CLITIPHO.

Quam iniqui sunt patres in omnes adolescen- Velut epi-
 teis iudices: phonema
 Qui equom esse censent, nos iam à pueris illico nas- addit ado-
 ci senes, lescens que-
 Neq; illarum affines esse rerum, quas fert adolescen- relam præ-
 tia ceptis pa-
 Ex sua libidine moderantur, nunc quæ est, non quæ tris,
 olim fuit.
 Mibi si vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur
 patre:
 Nam & cognoscendi, & ignoscendi, dabitur pecca-
 ti locus:
 Non vt meus, qui mihi per alium ostendit suam sen-
 tentiam.
 Perij: is mihi, vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat
 facinora?
 Nunc ait: periculum ex alijs facito, tibi quod ex
 vsu fiet.
 Astutus: næ ille haud scit, quàm mihi nunc surdo
 narret. fabulan.
 Magis nunc me amicæ dicta stimulant: da mihi, atq;
 affer mihi:
 Cui quid respondeam, nihil habeo: neq; me quisquam
 est miserior:
 Nam hic Clinia, et si is quoq; suarum rerum satagit,
 attamey. Ha.

H E A V T O N.

Habet ne benè ac pudicè eductam, ignaram artis me-
retriciæ.

Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobi-
lis,

Tum quòd dem ei, rectè est: nam nihil esse mihi, reli-
gio est dicere.

Hoc ego mali non pridem inueni: neq; etiamnum
scit pater.

ACTVS II. SCENA II.

CLINIA, CLITIPHO.

describitur
Clinia (vt
sunt aman-
tes) sollici-
tas, & mo-
ræ impati-
ens.

SI mihi secundæ res de amore meo essent, iam-
dudum scio (Octo. Iamb.
Venissent: sed vereor, ne mulier me absente hic cor-
rupta sit,
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum ex-
augeant:

Locus, occasio, ætas, mater, cuius sub imperio est,
mala;

Cui nihil iam præter precium dulce est. Clit. Clinia
Cli. hei misero mihi.

Aliàs hic, Clit. Etiam caues, ne videat fertè & hinc te, à patre
aliquis exiens?

Cli. Faciam: sed nescio quid profectò mihi animus
præsagit mali.

Clit. Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scis quid
veri fiet?

Cli. Si nihil mali esset, iam hic adessent. Clit. iam a-
derunt

ACTVS II. SCENA III.

derunt, Cli. quando istuc erit?

Clit. Non cogitas hunc longius abesse? & nosti mores mulierum:

Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Clin. ò

Clitipho,

Timeo. Clit. respira: eccum Dromonem cum Syro, vnà assunt tibi.

ACTVS II. SCENA III.

STRVS, DROMO, CLINIA,

CLITIPHO.

AIn' tu? Dr. sic est. Sy. verum interea dum sermone cedimus,

Illæ sūt relictæ. Clit. mulier tibi adest, audin' Clinia

Cli. Ego verò audio, nunc demum, & video, & valeo

Clitipho:

Sy. Minime mirum: adeo impeditæ sunt: ancillarum gregem

Ducunt secum. Clin. perij, vnde illi sunt ancillæ?

Clit. men' rogas?

Sy. Non oportuit relictas: portant quid rerum. Clit. hei mihi.

Sy. Aurum, vestem: & vesperascit, & non nouerunt viam.

Factum à nobis stultè est, abi dum tu Dromo illis obuiam.

Properè: quid stas? Ch. væ misero mihi, quanta de spe decidi.

Clit:

Senarij & octonarij iambici, permixtis troc. cata:

HEAVTONT.

Clit. Quid istuc? quæ res te sollicitat autem? Cli ro-
gitas quid fiet?

Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam egocum vna
ancillula

Hic reliqui, vnde esse ea censes? Clit. vah. nunc de-
mum intelligo

Sy. Dy boni, quid turbæ est? ædes nostræ vix capi-
ent scio.

Error Cli-
næ præbet
occasionem
sequenti
narrationi

Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro
miserius?

Sed video eccos, quos volebam. Cli. ô Iuppiter, vbi-
nam est fides?

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu
interea loci

Collocupletasti te Antiphila, & me in his deseruisti
malis,

Propter quam in summa infamia sum, & meo patri
minus obsequens:

Cuius nunc pudet me, & miseret, qui harum mores
cantabat mihi,

Monuisse frustra, neq; potuisse eum vnquam ab hac
me expellere:

Quod tamen nunc faciam: tum, cum gratum mihi
esse potuit nolui:

Nemo est inferior me Sy. hic de nostris verbis errat
videlicet

Quæ hic sumus locuti. Clinia aliter tuum amorem
atq; est, accipis: Nam

ACTVS II. SCENAI III.

Nam & vita est eadem, & animus te erga idem, ac
fuit, (Senarij iamb.

Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.

Clit. Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum
omnium est

Quod malim, quam me hoc falso suspicariet.

Sy. Hoc primum, vt ne quid huius rerum ignores,
anus,

Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit:

Ea obijt mortem: hoc ipsa in itinere alteræ

Dum narrat, forte audiui Clit. quænam est altera?

Sy. Manè: hoc quod cœpi primum enarrem Clitipho.

Post istuc veniam. Clit. propera. Sy. iam primum o-
mnium

Vbi ventum ad ædes est, Dromo pulsat fores:

Anus quædam prodit: hæc vbi aperuit ostium,

Continuò hic se coniecit intro, ego consequor:

Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit.

Hinc sciri potuit, haud vsquam alibi, Clinia,

Quo studio vitam suam te absente exegerit,

Vbi de improviso est interuentum mulieri,

(Nam ea res dedit tunc existimandi copiam

Cotidianæ vitæ consuetudinem,

Quæ, cuiusq; ingenium vt sit, declarat maxime)

Texentem telam studiosè ipsam offendimus,

Mediocriter vestitam, veste lugubri,

Eius anus causa opinor, quæ erat mortua,

Narratio
ornatissi-
made mori-
bus, Anti-
philæ, à si-
gnis exor-
diens.

ἡμεῶν, ra-
tio est ar-
gumentum.
Quotidia-
na consue-
tudo indi-
cat ingeni-
um.

Sine

HEAVTONT.

Sine auro tum ornatam, ita vti quæ ornantur sibi,
 Nulla mala re expolitam muliebri:
 Capillus passus, prolixus, circum caput
 Reiectus negligenter, pax. Cli. Syre mi obsecro,
 Ne meim lætitiã frustra conijcias. Sy. anus
 Subtegmen nebat: præterea vna ancillula
 Erat, ea texebat vnã, pannis obsita,
 Neglecta, immunda illuue. Clit. si hæc sunt Clinia
 Vera, ita vti credo, quis te est fortunatior?
 Scin' tu hanc, quam dicit sordidatam: & sordidam?
 Magnum hoc quoq; signum est dominam esse extra
 noxiam.

Aptissimũ
 τὰ θεὸς a- Cum eius tam negliguntur internuncij:
 mantis ado Nam disciplina est eisdem, munerarier
 lescentis Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam
 quærit, quã Cli. Perge obsecro te, & caue ne falsam gratiam
 præbuerit Studeas inire, quid ait, vbi me nominas?
 significati- Sy. Vbi dicimus redisse te, & rogare vti
 onẽ, audito Venit ad te, mulier telam deserit
 nomine a- Continuo. & lachrumis opplet os totum sibi,
 matoris Vt facile scires desiderio id fieri tuo.
 Procele. & Cli. Præ gaudio (ita me Diij ament) vbi sim nescio
 tres anape. Ita timui. Clit. at ego nihil esse sciebam Clinia.
 Octo. iam. Agedum vicissim Syre, dic quæ illa est altera?
 aca permi- Sy. Adducimus tuam Bacchidem. Clit. hem, quid Bac
 xto troch. chidem?
 c atalect. Eho scelestè quò illam adducis? Sy. quò ego illam? ad
 nos scilicet. Clit.

ACTVS II. SCENA III.

Clit. Ad patremne? Sy. ad eum ipsum. Clit. ô hominis impudentem audaciam.

Sy. Heus tu, NON FIT SINE PERICVLO facinus magnum & memorabile.

Cli. Hoc vide. in mea vita tu tibi laudem is quæsitū scelus :

Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim Quid illo facias? Sy. at enim. Clit. quid enim? Sy. si sinas, dicam. Clin. sine.

Clit. Sino. Sy. ita res est, hæc nunc, quasi, cum. Clit. quas (malum) ambages mihi

Narrare occipit? Cli. Syre, verum hic dicit: mitte, ad rem redi.

Sy. Enimvero reticere nequeo: multis modis iniurius Clitipho est: neq; ferri potis est Cli. audiendum hercle est, tace.

Si. Vis amare: vis potiri: vis. quod des illi, effici:

Tuum esse in potiundo periculum non vis: haud stulte sapis :

Siquidem id sapere est, velle te id, quod non potest contingere.

Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.

Harum duarum conditionum nunc vtram malis, vide :

Etsi hoc consilium, quod cæpi rectum esse & tutum scio.

Protasis periculi est, quòd adducitur Bacchis in aedes Chremetis. Estq; mirifica humanorum consiliorum imago, quòd seruum fallunt consilia, quæ putabat esse tutissima.

Non

Nam, apud patrem tua amica tecum sine metu vt sit
copia est :

Tum, quod illi argentum es pollicitus, eadem hac in-
ueniam via:

Quod vt efficerem, orando surdas iam aureis reddi-
deras mihi.

Quid aliud tibi vis? Cli. siquidem hoc fit. Sy siqui-
dem experiundo scies.

Clit. Age age, cedo istuc tuum consilium, quid id est?
Sy. a simulabimus

Tuam amicam, huius esse amicam. Cli. pulchrè: cedo
quid faciet sua?

An ea quoq; dicetur huius, si vna hæc dedecori est
parum?

Sy. Imò ad tuam matrè deducetur. Clit. quid eò? Sy.
longum est Clitipho,

Si tibi narrem quamobrem id faciã, vera causa est.
Clit. fabulæ:

Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc
mihi expediat metum.

Sy. Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo,
confiteamini

Sine periculo esse. Clit. huiusmodi, obsecro, aliquid
repperi. Sy. maxumè:

Ibo obuiam hinc: dicam, vt reuertantur domum:
Clit. hem,

Quid dixti? Sy. ademptum tibi iam faxo omnem
metum,

ACTVS II. SCENA III.

In aurem vtramuis ociose vt dormias.

Clit. Quid ago nunc? Cli. tunc? quod boni est. Clit.

Syre, dic modò

Verum. Sy. age modò, hodie, serò ac ne quicquam voles.

Cli. Datur modò: fruere dum licet: nam nescias:

Eius sit potestas post hac, an nunquam tibi.

Clit. Syre inquam. Sy. perge porrò, tamen istuc ago,

Clit. Verum hercle istuc es. Syre, Syre, inquam, heus

Syre.

Sy. Concaluit: quid vis? Clit. redi. Sy. affum, dic quid est?

Iam hoc quoq; negabis tibi placere. Clit. imò Syre

Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.

Tu es iudex: ne quid accusandus sis, vide.

Sy. Ridiculum est de istuc me admonere Clitipho:

Quasi istic minor mea res agatur, quam tua.

Hic si quid nobis fortè aduersi euenerit,

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera

Quapropter neutiquam hæc res neglectui est mihi:

Sed istunc exora, vt suam esse assumulet. Clin. scilicet:

cet:

Facturum me esse, in eum iam res redijt locum,

Vt sit necesse. Clit. merito te amo Clinia.

Clin. Verum illa ne quid titubet. Sy. perdocta est

probe.

Clin. At hoc demiror, qui tam facile potueris

HEAVTONT.

Persuadere illi quæ solet quos spernere?

Sy. In tempore ad eam veni: QVOD RERVM
omnium est

Primum nam miserum quandam offendi ibi militē

Eius noctem orantem, hæc arte tractabit virum,

Vt illius animum cupidum inopia incenderet,

Eademq; vt esset apud te quàm gratissima.

Sed heus tu, vide sis, ne quid imprudens ruas.

Patrem nouisti, ad has res quàm sit perspicax.

Ego te autem non quàm esse soleas impotens,

Inuersa uerba, euersas ceruices tuas,

Gemitus, screatus, tusses, risus abstine.

Ch. Laudabis. Sy. vide sis Clit tutemet mirabere.

Sy. Sed quàm citò sunt consecutæ mulieres?

Ch. Vbi sunt: cur retines? Sy. iam nunc hæc non est
tua.

Ch. Scio apud patrem, at nunc interim. Sy. nihilo
magis.

Ch. Sine. Sy. non sinam inquam. Cli. quæso paulisper.
Sy. veto.

Clit. Saltem salutare. Sy. abeas, si sapis. Clit. eo.

Quid istic? Sy. manebit. Clit. ô hominem felicem. Sy.
ambula.

ACTVS II. SCENA IIIII.

Trochaic Octa. catalecticis, permixtis Iambicis
quadratis acatalect. Porro senarij
quinq;.

Bacchis

ACTVS II SCENA IIII.

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA,
STRVS.

Æ Depol te mea Antiphila laudo, & fortuna- *Vt sit vario*
tam iudico, *etas, addi-*

Id cum studuisti, isti formæ vt mores consimiles fo- *tur etiam*
rent : *colloquium*

Minimeq³ (ita me Diſ ament) miror, si te sibi quisq³, mulierum,
expetit. *in quo mo-*

Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio o- *destiã lau-*
ratio, *dat etiam*

Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam meretrix.
considero.

Omnium adeo nostrarum, volgus que ab se segre-
gant,

Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabi-
le est.

Nam expedit bonas esse vobis : nos, quibus cum res
est non sinunt :

Quippe forma impulsu nostra nos amatores colunt
Hæc vbi immutata est, illi suum animum aliò confe-
runt.

Nisi prospectum interea aliquid nobis est, desertæ
viuimus

Vobis cum vno simul vbi ætatem agere decretum
est viro,

Cuius mos maximè est consimilis vostrum, hi se ad
vos applicant,

HEAVTON.

Hoc beneficio vtriq; ab vtriq; vero diuincimini,
 Ut nunquam vlla amori vestro incidere possit cala-
 mitas.

An. Nescio alias: me scio quidem semper fecisse sedu-
 lo, vt

Veneficum
 209.

Ex illius commodo meum comparem commodum.

Clin. vab,

Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in
 patriam facis.

Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuere,
 quos cœpi, leues,

Præterquam tui cavendum quod erat. Sy. credo.

Clin. Syre, vix suffero.

Hoc sine me miserum non licere meo modò ingenio
 frui?

Sy. Imò, vt patrem tuum vidi esse habitum diu, etiam
 duras dabit.

Ba. Quisnam hic adolescens est, qui intuetur nos?

An. ah, retine me, obsecro.

Senarij.

Ba. Amabo, quid tibi est? An. disperij Ba. perij misera
 quid stupes

Antiphila? An. videon' Cliniam, an non? Ba. quem

Clin. Salue anime mi. An. ô mi Clinia, (vides?

salue. Clin. vt vales?

An. Saluom venisse gaudeo. Clin. teneo ne te

Antiphila, maxumè animo exoptata meo?

Sy. Ite intrò nam nos iam dudum expectat senex.

Actus

ACTVS III. SCENA I.

CHREMES, MENEDEMVS.

L Vcescit: hoc iam cesso pultare ostium
 Vicini primum ex me vt sciat, sibi filium
 Redisse, etsi adolescentem hoc nolle intelligo.
 Verum cum videam miseram hunc tam excruciarier
 Eius abitu, celem tam insperatum gaudium,
 Cum illi periculi nihil ex indicio fiet?
 Haud faciam: nam quod potero, adiutabo senem,
 Ita vt filium meum amico, atq; æquali suo
 Video inseruire, & socium esse in negotijs,
 Nos quoq; senes est æquom senibus obsequi,
 Me. Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam
 Natus sum aut illud falsum est, quod volgo audio senile.
 Dicit, DIEM adimere ægritudinem hominibus:
 Nam mihi quidem cotidie augetur magis
 De filio ægritudo, & quanto diutius
 Abest, magis cupio tanto, & magis desidero.
 C. Sed ipsum foras egressum video: adibo. alloquar.
 Menedeme salue: nunc iam apporto tibi,
 Cuius maxime te fieri participem cupis.
 Me Nunquid nam de gnato meo audisti Chreme?
 Ch. Valet, atq; viuit. Me. vbinam est quæso? Ch. apud
 me domi.
 Me. Meus gnatus? Ch. sic est. Me. venit? Ch. certe.
 Me. Clinia
 Meus venit? Ch. dixi. Me. eamus, duc me, ad eum ob-
 secreo.

⊙ †

Ch. Non

HEAVTON.

Ch Non volt te scire se redisse: etiam & tuum
 Consectū fugitat propter peccatū, tum hoc timet,
 Ne iua duritia illa antiqua etiam adaucta fiet.

Me. Non tu ei dixisti, vt essem? Ch. nō. Me. quamobrem
 Chreme?

Ch. Quia pessumē istuc in te, atq; in illum consulis,
 Si te iam leni, & victo esse animo ostenderis.

Me. Non possum? satis iam satis pater durus fui.

Ch, ab,

Suasorij ge Vehemens in vtrāq; partem Menedeme es nimis
 neris ora= Aut largitate nimia, aut parsimonia.

tio, ne pa= In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illa incidet.

ter sua in- Primum olim potius quā paterere filium

dulgentia Commeare ad mulierculam, quæ paululo

magis cor= Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,

rumpat si= Proterruisti hinc, ea coacta ingratum

lium, Post illa cœpit victum vulgo querere.

Nunc, cum sine magno detrimento non potest

Haberi, quid dare cupis nam vt tu scias,

Quā ea nunc instructa pulchrè ad perniciem fiet:

Primum, iam ancillas secum adduxit plus decem,

Oneratas veste atq; auro: satrapes si fiet

Amator, nunquam sufferre eius sumptus queat,

Ne dum tu possis. Me. estne ea intus? Ch sit rogas?

Sensi: nam vnam ei cœnam, atq; eius comitibus

Dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum fiet:

Nam, vt alia omittam, pitissando modò mihi

Quid

ACTVS III. SCENA I.

Quid vini absumpsit. sic hoc dicens, asperum

Pater hoc est, aliud lenius, sodes vide:

Releui dolia omnia, omnes serias:

Omnes sollicitos habui: atq; hæc vna nox:

Quid te futurum censes, quem assidue exedent?

Ita me Dij amabunt, vt tuarum misertum est

Menedeme fortunarum. Me. faciat, quod lubet:

Sumat, consumat, perdat decretum est pati,

Dum illum modo habeam mecū. Ch. si certum est tibi

Sic facere, illud permagni referre arbitror,

Vt nescientem sentiat te id sibi dare.

M. Quid faciam? C. quiduis potius, quam quod cogi-

Per alium quemuis vt des, falli te sinas (tas:

Technis per seruolum: etsi subsensi id quoq;

Illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.

Syrus cum illo vostro consusurrat: conferunt

Consilia adolescentes: & tibi perdere

Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.

Non nunc pecunia agitur, sed illud, quomodo

Minimo periculo id demus adolescentulo.

Nam si semel tuum animum is intellexerit,

Prius proditurum te tuam vitam, & prius

Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium: hui,

Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?

Tibi autem porro vt non sit suaue viuere.

Nam DETERIORES OMNES sumus licentia.

Quodcunq; inciderit in mentem, volet, neq; id

H E A V T O N.

Putabit prauom: an rectum, quod petet fiet.

Tu rem perire, & ipsum. non poteris pati.

Dare denegaris: ibit ad illud illico

Quo maxumè apud te se valere sentiet.

Abiturum se abs te esse illico minabitur.

Me. Videre verum, atq; ita vti res est, dicere.

Ch. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi
meis.

Dum id quæro tibi, qui filium restituerem:

Me. Cedo dextram, porro te idem oro vt facias
Chreme.

B. Paratus sum Me. scin' quid nunc facere volo?

Ch. Dic. Me. quod sensisti illos me incipere fallere,

Id vt maturent facere: cupio illi dare,

Quod volt, cupio ipsum iam videre. C. operam dabo:

Syrus est prehendendus atq; hortandus mihi.

A me nescio quis exit: concede hinc domum,

Ne nos inter nos congruere sentiant.

Paululum negoci mihi obstat: Simus & Crito

Vicini nostri hic ambigunt de finibus.

Me cepere arbitrum: ibo ac dicam, vt dixeram,

Operam daturum me, hodie non poss. his dare.

Continuò hic adero. M. ita quæso Dg vestram fidẽ.

ITAN COMPARATAM esse hominum na-
turam omnium.

Epiphone -
ma.

Alicna melius vt videant, & iudicent

Quam suas: an eò fit, quia in re nostra aut gaudio

Sumus

ACTVS III. SCENA II.

Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hic mihi nunc quantò plus sapit, quàm egomet mihi?
Ch. Dissolui me ocyus, operam vt tibi darem.

ACTVS III. SCENA II.
SYRVS, CHREMES.

HAc illac circumcurfa: inueniendum est tamen Delibera-
Argentum, intendenda in senem fallacia. tiones ser-
Ch. Vnum me fefellit, hosce instruere, videlicet, ui de pecu-
Est ille Clinia seruus tardiusculus, ni a per fal-
Idcirco huic nostro tradita est prouincia. laciam in-
Sy. Quis hic loquitur? perij, numnam hæc audiuit? uenienda.

Ch. Syre. Sy hem.

Ch. Quid tu istic? Sy, rectè: equidem te demiror
Chreme

Tam mane, qui heri tantum bibis. Ch. nihil nimis.

Sy. Nihil narras? visa vero est, quòd dici solet,

Aquilæ senectus. Ch. eia. Sy. mulier est commoda &

Faceta hæc meretrix Ch. satè idem visa est mihi.

Sy. Et quidem hercle formaluculenta. Ch. sic satis,

Sy. Ita non vt olim sed vt nunc sanè bona:

Minimeq; miror, Clinia nanc si deperit:

Sed habet patrem quondam auidum, miserum, atq;
aridum,

Vicinum hunc nostin? at quasi is non diuitijs

Abundet. gnatus eius profugit inopia,

Scin

HEAVTON.

Scin' esse factum ut dico ? Ch, quid ego nesciebam ?
Hominem pistrino dignum. Sy. quem ? Ch. istum ser-
uolum.

Dico adolescentis. Sy. Syre, tibi tumui male.

Ch Qui passus est id fieri ? Sy. quid faceret ? Ch. ro-
gas ?

Aliquid reperiret. fingeret fallacias,

Vnde esset. adolescenti, amicæ quod daret,

Atq; hunc difficilem inuitum seruaret senem.

Sy. Garris. Ch hæc facta ab illo oportebant Syre.

Sy. Eho quæso laudas qui heros fallunt ? Ch. in loco

Ego uerò laudo. Sy rectè sanè. Ch. quippe quia

Magnarum sepe id remedium ægritudinum est:

Iam huic mansisset vnicus gnatus domi.

Sy. locon' an seriò illæc dicat, nescio,

Nisi mihi quidem addit animum. quò libeat magis.

C. At nunc quid expectat Syro ? an, dum hinc denuo

Abeat, cum tolerare huius sumptus non queat ?

Non ad senem aliquam fabricam fingis ? Sy. stolidus
est.

Ch. At te adiutare oportet adolescentuli

Causa. Sy. facile equidem jacere possum, si iubes:

Etenim quo pacto id fieri sileat, calleo,

Ch. Tantò hercle melior, Sy. non est. mentiri meum.

Ch. Fac ergo. Sy. at heus tu facito dum eadem hæc
memineris,

Si quid huius simile fortè aliquando euenerit,

(Ut sunt

M

ACTVS III. SCENA III.

(vt sunt humana) tuus vt faciat filius.

Ch. Non vsus veniat spero. S. spero hercle ego quoq;

Neg, eo nunc dico, quod quicquam illum senserim :

Sed si quid, ne quid quæ sit eius ætas, vides :

Et næ ego te, si vsus veniat, magnificè Chreme

Tractare possim. Ch, de istoc, cum vsus venerit,

Videbimus quid opus sit: nunc istuc age. Sy.

Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui,

Nec, cum malefacerem, crederem mihi impunius

Licere. quisnam à nobis egreditur foras?

ACTVS III SCENA III.

Iambici quadrati & acatalectici, & catalectici, Sen-

narius item vnus, & fragmentum iambici

quadrati. Senarius vnus, fra-

gmentum vnum.

CHREMES, CLITIPHO, STRVS.

Quid istuc quæso? qui isthic mos est Clitipho?
itane fieri

Oportet? Clit. quid ego feci? Ch. vidin' ego te modo
manum in sinum huic.

Meretrici inserere? Sy. acta hæc res est, perij. Clit.
mené? Ch. hisce oculis ne nega.

Facis adeo indigne iniuriam illi, qui non abstineas
manum:

Nam isthæc quidem contumelia est,

Hominem amicum recipere ad te, atq; eius amicam
subagitare.

vel

HEAVTONT.

Vel heri in conuiuio quàm immodestus fuisti. Sy. factum. Ch. quam molestus?

Vt equidem (ita me Diu ament) metui quid futurum deniq³ esset.

Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter, quæ non censeas.

Cli. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater.

Ch. Esto: at certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper.

Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia, ego de me

Quadrat. Facio coniecturam: nemo est meorum amicorum,
Iambicus, hodie apud

acatalecti. Quem expromere omnia mea occulta Clitipho au-
deam.

Apud alium prohibet dignitas, apud alium ipsius facti piget.

Ne ineptus, ne proteruus videar, quod illum facere credito.

Sed nostrum est intelligere vtcunq³, atq³, vbicunq³, opus sit obsequi.

Sy. Quid istic narrat? Clit. perij. Sy. Clitipho hæc ego præcipio tibi,

Hominis frugi & temperantis functus officium. Clit. tace sodes.

Sy. Rectè sanè. Clit. Syre pudet me. Sy. credo, neq³ id iniuria;

Quin

ACTVS III. SCENA III.

Quin mihi molestum est. Clit. pergin? Sy. verum heri
cis dico, quod videtur.

Clit. Nonne accedam ad illos? Ch. ehò quæso, vna
accedundi via est.

Sy. Adlum est hic prius se indicarit, quàm ego argen-
tum effero. Ch. reme,

Vin' tu homini stulto mihi auscultare? Ch. quid fa-
ciam? Sy. iube hanc

Abire hunc aliquò. Clit. quò enim hinc abeam? Sy.
quo lubet: da illis locum.

Abi de ambulatum Clit. deambulatum, quò? Sy. vah,
quasi desit locus.

Abi sanè isthac, istorsum, quò vis. Ch. rectè dicit:
censeo.

Clit. Dij te eradicent Syre. qui me isthinc extrudis. Trochai.

Sy. at tu pol tibi istas

acatalecti.

Posthac comprimito manus.

Dimeter.

Censen' verò: quid illum porro credis facturum Chre
me, (Troch. tetra.

Nisi eum, quantum Dij dant tibi opis, seruas, casti-
gas, mones?

Ch. Ego istuc curabo. Sy, atqui nunc here hic tibi as-
seruandus est.

Ch. Fiet. Sy. si sapias: nam mihi iam minus minusq;
obtemperat.

Ch, Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi,
egisti Syre? aut

Repea

HEAVTONT.

Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam? Sy.
de fallacia

Dicis? est, inueni nuper quandam. Ch frugi es: cedo,
quid id est?

Sy. Dicam: verum, vt aliud ex alio incidit. C. quid-
nam Syre? Sy. pessuma hæc

Est meretrix Ch ita videtur Sy. imò si scias,

Sena. Iamb Vab vide quod inceptet facinus. Fuit quædam anus
Octo. Iam. Corinthia

Trochai. Hic: huic drachmarum argenti hæc mille dederat
quadrati. mutuum.

catalecti. Ch. Quid tum? Sy. ea mortua est: reliquit filiam a-
dolescentulam:

Ea relicta huic arraboni est, pro illo argento. Ch. in-
telligo.

Sy. Hanc secum huc adduxit, eaq; est nunc ad vxo-
rem tuam.

Ch Quid tum? Sy. Clinia orat, sibi vti nunc det il-
lam: illi tamen

Post daturum mille nummum poscit. Ch. & poscit
quidem? Sy. hui

Dubiumne id est? Ch. ego sic putavi. quid nunc face-
re cogitas?

Sy. Egone? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse ca-
ptam è Caria,

Ditem & nobilem: si redimat, magnum inesse in ea
lucrum.

Ch. Eræ

ACTVS III. SCENA I.

Ch. Erras Sy. quid ita? Ch. pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:

Non emo: quid ais? Sy. optata loquere. Ch. atqui non opus est.

Sb. Non opus est? Ch. Non hercle uerò. Sy. quid: stuc, miror. Ch. iam scies:

Mane, mane, quid est, quòd tam à nobis grauiter crepuerunt fores?

ACTVS III. SCENA I.

Iambici quadrati acatalectici. Trochaici catalectici unus acatalecticus, unus hypercatalecticus.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX,
SYRVS.

Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus, quem ege suspicor,
Is, qui cum exposita est gnata Ch. quid uolt sibi Syre hæc oratio?

Occasio catastrophes periculorù Clinia.

So. Quid est? is ne tibi videtur? Nu dixi quidem, ubi mihi ostendisti illico,

Eum esse. So. at ut satis modò contemplata sis mea nutrix. Nu satis.

So. Abi iam nunc intrò: atq, illa si iam lauerit, mihi nuncia,

Hic ego urum interea opperibor. Sy. te uolt: uideas quid uelit:

Nescio quid tristis est: non temerè est, metuo quid sit Ch. quid fiet?

H E A V T O N T.

Ne ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.

So. Ehem mi vir. Ch. ehem mea vxor. So. te ipsum quero. Ch. loquere quid velis.

So. Primum hoc te oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum

Facere esse ausam. Ch. vin' me istuc tibi, etsi incredibile est, credere?

Trochai.
quadrat.
catalect.

Credo. S. nescio quid peccati portet hæc purgatio.

So. Meministi in me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatam,

Si puellam parerem, nolle tolli? Ch. scio quid feceris

Troch.
catalect.

Sustulisti. Si. sic est factum domina, ergo herus damno auctus est.

So. Minime: sed erat hic anus Corinthia haud impura: ei dedi

Exponendam. Ch. ô Iuppiter, tantam esse in animo inscitiam?

Alias, inscientiam,

So. Perij, quid ego feci? Ch. at rogitas? So. si peccaui mi Chreme,

Insciens feci. Ch. id equidem ego, etiamsi tu neges, certò scio,

Te inscientem, atq; imprudentem dicere aut facere omnia.

Tot peccata in hac re ostendis, nam iam primum si meum

Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit.

Non

ACTVS IIII. SCENA I.

Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.

At id omitto: misericordia, animus maternus: sino.
Quàm benè verò abs te prospectum est: quid voluisti? cogita:

Nempe anui illi prodita abs te filia est planissime
Per te, vel uti quæstum faceret, vel uti veniret palam

Credo id cogitasti, quiduis satius est, dum viuat modo.

Quid cum illis agas, qui neq, ius, neq, bonum, atque æquom sciunt?

Melius, peius: proffit, obfit: nihil vident, nisi quòd lubet.

So. Mi Chreme, peccaui, fateor: vincor: nunc hoc te obsecro,

Quanto tuus est animus natu grandior, ignoscentior tanto,

Ut meæ stulticiæ iusticia tua sit aliquid præsidii.

Ch. Scilicet: equidem istuc factum ignoscam: verum Sostrata

Malè docet te mea facilitas multa, sed istuc, quicquid est.

Qua hoc occeptum est causa? loquere. So. ut stultæ, & miseræ omnes sumus

Religiøse, cum exponendam do illi, de digito annulum

H E A V T O N T.

Detraho, & cum dico ut unà cum puella exponeret.
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

Ch. Istuc rectè conseruasti te, atq; illam. So is hic est
annulus.

Ch. Vnde habes? So. quàm Bacchis secum adduxit
adolescentulam Sy. nem.

Ch. Quid ea narrat? So. ea lauatum dum it, seruan-
dum mihi dedit

Annulum, non aduorti primò, sed postq̄ aspexi, illico
Cognoui, ad te exiliui. Ch qui, nunc sufficere, aut in
uenis

De illa? So. nescio, nisi ut ex ipsa quæras, vnde hunc
habuerit,

Si potis est reperiri. Sy interij: plus spei uideo, quàm
uolo?

Nostra est. si ita est. Ch. uiuitné illa, cui tu dederas?
So. nescio.

C. Quid renunciauit olim fecisse? S. id quòd iusseram

Ch. Nomen mulieris cedo quod sit, ut quærat. So.
Pbiltere.

Sy. Ipsa est, mirum ni illa salua est, & ego perij. Ch.
Sostrata.

Sequere me intrò hac. So. ut præter spem euenit
quàm timui malè,

Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollenda
Chreme.

Ch. NON LICET hominem esse sæpè ita uti uolt, si
res non sinit. Nunc

115
ACTVS III. SCENA II.

Nunc ita tempus est, mihi ut cupiam filiam: olim nihil minus.

ACTVS III. SCENA II.

Iambici octonarij acatalectici.

STRVS.

Nisi me animus fallit, haud multum a me aberit infortunium:

Ita herclé in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ:

Nisi aliquid uideo, ne esse amicam hanc gnati resciscat, senex.

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me latere tectò abscedere

Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus,

Quid agam? aut quid commiscar? ratio de integro ineunda est mihi.

NIHIL TAM difficile, quin quærendo inuestigari possiet.

Quid? si hoc sic incipiam nunc? nihil est quid, si sic? tantundem egero:

Ac sic opinor? non potest: imò optumè: euge optumam habeo.

Retrabam hercle, opinor, ad me idem illud fugitiuū argentum tamen.

H E A V T O N T.

ACTVS IIII. SCENA III.

Iambici quadrati acatalectici, & unus senarius.

Trochaici quadrati catalectici, & unus
hypercatalecticus.

Clinia, Syrus.

Nulla mihi res posthac potest iam interuenire
tanta,

Quae mihi aegritudinem asserat: tanta haec leticia
orta est.

Dedo patri me nunc iam, ne frugalior sim; quam
volt.

Sy. Nihil me fefellit: cognita est, quantum audio hu-
ius verba.

Istuc tibi ex sententia tua obtigisse laetor.

Clin. O mi Syre audistin' obsecro? S. quid ni? quae
vsq; vna assuerim.

Clin. Cui aequè audisti commodius quicquam eue-
nisse? S. nulli.

Clin. Atq; ita me Dij ament, vt ego nunc non tam
meapte sua causa

Laetor, quam illius: quam ego scio esse honore quouis
dignam.

Sy. Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi vicis-
sim:

Nam amici quoq; res est videnda, in tuto vt collo-
cetur,

Ne quid de amica nunc senex. Clin. ô Iuppiter. Sy.
quiesce.

Clin.

ACTVS III. SCENA III.

Clin. *Antiphila mea nubet mihi. S. ficcine me interloquere?*

Clin. *Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. Sy. ferro hercle verò.*

Clin. *Deorum vitam adepti sumus. Sy. frustra operam hanc opinor sumo.*

Clin. *Loquere, audio. S. at iam hoc non ages. Clin. agam. S. videndum est inquam,*

Amici quoq; res Clinia tui in tuto vt collocetur:

Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis, Noster resciscet illico esse arxicam hanc Clitiphonis:

Si abduxeris, celabitur itidem, vt celata adhuc est.

Clin. *At enim istoc nihil est magis Syre meis nuptijs aduorsum:*

Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? S. quid mi?

Clin. *Quid dicam? quam causam asseram? S. quin nolo mentiare:*

Apertè, ita vt res sese habet, narrato. Clin. quid ais? S. iubeo.

Illam te amare, & velle vxorem, banc esse Clitiphonis.

Clin. *Bonam atq; iustam rem oppidò imperas, & factu facilem.*

Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt celet

HEAVTONT.

Senem nostrum Sy. imò ut recta via rem narret ordine omnem. *Cli. hem,*

Satin' sanus es, & sobrius? tu quidem illum planè prodis.

Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi.

Senarij Ri *Sy.* Huic equidem consilio palmam do: hic me magnificè effero,

dicula exul *Sy.* Qui uim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ,

tatio serui *Sy.* Vera dicendo, ut eos ambos fallâ, ut cum narret se-
in consilio *Sy.* quod longe
periculoso, *Sy.* secus cadit
quod longe *Sy.* quam ipse
secus cadit *Sy.* sibi pollice-
quàm ipse *Sy.* tur.

vestro nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.

Clin. At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem eripis:

Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.

Alias, ex in *Tu* fortasse, quid me fiat, parui pendis, dum illi con-
terprete, *Sy.* sulas

prob: *Sy.* Quid ✕ (malum) me ætatem censes uelle id assimularier?

Vnus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius.

Clin. Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater rescuerit?

Sy. Quid, si redeo ad illos qui aiunt, quid si nunc
GOELVM RVAT?

Clin.

117

ACTVS IIII. SCENA IIII,

Clin Metuo, quid agam. Sy. metuis? quasi non ea po-
testas sit tua,

Quo uelis in tempore ut te exoluas, rem facias palā.

Clin. Age, age, traducatur Bacchis. Sy. optume ipsa
erit foras.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO,

PHRYGIA ancilla.

Iamb. qua-

Satis pol proterue me Syri promissa huc indu- drat catal.
xerunt: unus hyper-

Decem minas, quas mihi dare pollicitus est, quod catalectic9

si is nunc me

Deceperit, sæpè obseruans me, ut ueniam, frustra ue-
niet,

Aut cum uenturam dixero, & constituero, cum is
certè

Renunciarit, Clitipho cum spe pendeat animi,

Decipiam, ac non ueniam: Syrus mihi tergo pœnas
pendet.

Clin. Satis scitè promittit tibi. Sy. atqui tu hanc io-
cari credis?

Faciet, nisi caueo. Ba dormiunt: ego pol istos com-
mouebo,

Mea Phrygia audisti? homo iste modo quam nil-
lam demonstrauit

Charini? Ph. audiui Ba. proximam esse huic fundo
ad dextram? Ph. memini.

P §

Ba.

Da. Curriculo percurrere : apud eum miles Dionysia
agitat.

Sy. Quid inceptat ? Ba. dic me hic oppido esse inui-
tam, atq; asseruari,

Verum aliquo pacto verba me his daturam esse, &
venturam.

Sy. Perij hercle : Bacchis mane, mane : quod mittis
istanc quaeso ?

Tube, maneat. Ba. abi. Sy. quin est paratum argen-
tum. Ba. quin ego maneo.

Sy. Atqui iam dabitur. Ba. vt lubet, num ego insto ?
Sy. an scin' ? quid sodes ?

Ba. Quid ? Sy. transeundum nunc tibi ad Menede-
mum est, & tua pompa

Eò traducenda est. Ba. quam rem agis ? scelus. Sy.
egon' ? & argentum cudo,

Quod tibi dem. Ba. dignam me putas, quam illudas ?
Sy. non est temerè.

Ba. Etiamne tecum hic res mihi est ? Sy. minimè : tu-
um tibi reddo,

Ba. Eatur. Sy. sequere hac : heus Dromo. Dro. quis
me volt ? Sy. Syrus. Dr. quid est rei ?

Sy. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos
properè.

Dro. Quamobrem ? Sy. ne quaeras : & ferant, quae
secum huc attulerunt.

Sperabit sumptum sibi senex lauatam esse harum
abitu.

ACTVS IIII. SCENA V.

Ne ille haud scit, haud paululum lucri quantum *Et*
damni adportet.

Tu nescis quod scis Dromo si sapias, Dro. mutum
dices.

ACTVS IIII. SCENA V.

Senarij, & vnus quadratus.

Chremes, Syrus.

I Ta me Dj amabunt, vt nunc Menedemi vicem Error Chre
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali. metis ridi-
Illancine mulierem alere cum illa familia? culus, qui
Et si scio, hosce aliquot dies non sentiet: fabulam to
Ita magno desiderio fuit ei filius. (Quadr. tam reddit
Verum, vbi videbit tanto? sibi sumptus domi iucundiorē
Cotidianos fieri, nec fieri modum:
Optabit rursus, vt abeat ab se filius.
Syrus optumē eccum. Sy. cesso hunc adoriri? Ch.
Syre Sy.hem.

C. Quid est? S. te mihi ipsum dudum exoptabā dari. Senarij.

Ch. Videre egisse iam nescio quid cum sene.

Sy. De illo, quod dudum? dictum ac factum reddidi.

Ch. Bonan' fide? S. bona hercle. Ch. non possum pati.

Quin tibi caput demulceam, accede huc Syre:

Faciam boni tibi aliquid pro ista re ac lubens.

S. At si scias, quā scitē in mentem venerit.

Ch. Vah, gloriare euenisse ex sententia?

S. Non herclē verò, verum dico. Ch. dic quid est?

S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem.

Motto

HEAVTONT.

Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.

Ch. Probè. Sy. dic fodes. Ch. nimiū inquam. Sy. imò sic

Sed porrò ausculta quod superest fallaciæ. (satis.

Sese ipse dicet tuam vidisse filiam :

Eius sibi complacitam formam, postquam aspexerit:

Hanc se cupere vxorem Ch. modo quæ inuenta est?

Sy. eam.

Et quidem iubebit posci. Ch. quamobrem istuc Syret

Nam prorsus nihil intelligo. Sy. uah, tardus es.

Ch. Fortasse Sy. argentum ei dabitur ad nuptias,

Aurum atq; uestem, qui tenesne? Ch. comparet?

Sy. Id ipsum. C. at illi ego neq; do. neq; despondeo.

Sy. Non quamobrem? Ch. quamobrem? me rogas?

Alias non le
gitur addi-
tum fugiti-
uo dabo?

homini fugitiuo dabo? Sy. ut lubet.

Non ego in peræetuum dicebam illam illi ut dares,

Verum ut simulares. Ch. non mea est simulatio :

Illam tu istæc tua nascero, ne me admisceas.

Egon' cui daturus nati sim, ut ei despondeam?

Sy. credebam. Ch. minime. Si. scite poterat fieri.

Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,

Et cæpi. C. credo. S. cæterum equidem istuc Chremæ

Æqui, benigniq; facio. Ch. atqui tum maxumè

Volo te dare operam ut fiat, uerum alia uia.

Sy. Fiat: quæratu aliud, sed illud quod tibi

Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,

Id nunc reddendum est illi: neq; tu scilicet

ACTVS IIII. SCENA VI.

Eo nunc confugies quid mea? num mihi datum est?
 Num iussi? num illa oppignorare? filiam
 Meam, me invito posuit? uerum illud Chreme
 Dicunt: IVS SVM MV M, s'epè summa malitia
 est.

Ch. Haud faciam S. imò alijs si licet, tibi non licet.
 Omnes te in lauta, & benè aucta parte putant.

Ch. quin egomet iam ad eam deferam. Sy. imò filiū
 Iube potius. Ch. quamobrem? Sy. quia enim in hunc
 suspicio est

Translata amoris. Ch. quid tum? Sy. quia videbitur
 Magis uersimile id esse, cum hic illi dabit.

Et simul conficiam facilius ego, quod uolo.

Ipse adeo adest: abi: effer argentum. C. effero.

ACTVS IIII. SCENA VI.

CLITIPHO, SYRVS.

Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet,
 Quā inuitus facias: uel me hæc deambulatio
 Quam non laboriosa, ad languorem dedit:
 Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuo
 Miser aliquò extrudar hinc, ne accedam ad Bacchi-
 dem.

Ut te omnes quidem Dij deæq;, quantum est, Syre cū
 Istoc inuerto, cumq; incepto perduint.

Huiusmodi res semper comminiscere,
 Vbi me carnifices. Sy. i tu hinc quo dignus es,
 Quam penè tua me perdidit proteruitas,

Clit:

HEAVTONT.

Clit. Vellem hercle factum : ita meritus. S. meritus
quomodo?

Næ me istuc ex te prius audisse gaudeo,
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.

Clit. Quid igitur dicam tibi vis? abisti, mihi
Amicam abduxti, quam non liceat tangere.

S. Iam non sum iratus : sed scin' vbi nunc sit tibi

Tua Bacchis? Clit. apud nos? S. non. Clit. vbi igitur?
S. apud Cliniam.

Cli. Perij. S. bono animo es : iam argentum ad eam
deferres,

Quod ei pollicitus, C. garris, vnde id? S. à tuo patre.

Clit. Ludis fortasse me. S. ipsa re experibere.

Clit. Næ ego fortunatus homo sum, deamo te Syre.

S. Qua causa id fiat obsecundato in loco.

Sed pater egreditur, caue, quicquam admiratus sies,

Quod imperabit, facito : loquitor paucula.

ACTVS IIIII. SCENA VII.

Senarij.

Chremes, Clitipho, Syrus.

VBi Clitipho nunc est? Sy. eccum me inque.

Clit. eccum hic tibi,

Ch. Quid rei esset, dixti huic? S. dixi pleriq; omnia.

Ch. Cape hoc argentum, ac defer. S. hei, quid stas
lapis?

Quin accipis? Clit. cedo sanè. S. sequere hac me o-
cyus.

170

ACTVS III. SCENA VII.

Tu hic nos dum eximus, interea opperire :

Nam nihil est illic, quod moremur diutius.

Ch. Minas quidem iam decem habet à me filia :

Quas pro alimentis esse nunc duco datas.

Hæc ornamentis consequentur alteræ.

Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.

QVAM MVLTAM iusta, ac praua fiunt moribus ?

Mibi nunc, relictis rebus, inueniendus est

Aliquis, labore inuenta meo cui dem bona.

ACTVS III. SCENA VIII.

Menedemus, Chremes.

Senarij.

Multò omnium nunc me fortunatissimum

Factum puto esse gnate, cum te intelligo

Resipisse. Ch. vt errat. Me. te ipsum querebam Chre-
me :

Serua, quod in te est, filium & me, & familiam.

C. Cedo, quid vis faciam ? M. inuenisti hodie filiam.

Ch. Quid tum ? Me. hanc sibi vxorem dari volt Clinia.

Ch. Quæso, quid tu hominis es ? Me. quid ? Ch. iam-
ne oblitus es,

Inter nos quid sit dictum de fallacia,

Vt ea via abs te argentum auferretur ? Me. scio.

C. Ea res nunc agitur ipsa. M. quid dixti Chreme ?

Erraui : sic res acta est, quanta spe decidi ?

Erraui, pri-

ma syllaba

pertinet ad

versum præ-

cedentem.

Ch.

H E A V T O N T.

Ch. Imò hæc, quæ apud te est, Clitiphonis est
 Amica. Me. ita aiunt Ch. & tu credis? Me. omnia.
 Ch. Et illum aiunt uelle vxorẽ, ut, cum desponderim,
 Des qui aurum, ac uestem, atq; alia, quæ opus sunt,
 comparet.

Me. Id est profectò: id amicæ dabitur. Ch. scilicet
 Daturum, Me. uah, frustra igitur gauisus miser:
 Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.

Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme?

Ne sentiat me sensisse, atq; ægrè ferat.

Ch. Ægrè? nimium illi Menedeme indulges. M. sine,
 Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuò Chreme.

Ch. Dic conuenisse, egisse de nuptijs.

Me. Dicam, quid deinde? Ch. me facturum esse
 omnia,

Generum placere: postremo etiam si uoles,
 Desponsam quoq; esse dicito. Me. hem istuc uolue-
 ram:

Ch. Tanto ocysus te ut poscat, & tu id, quod cupis,
 Quàm ocysimè ut des. Me. cupio. Ch. næ tu prope-
 diem,

Vt istam rem uideo, istius obsaturabere.

Sed hæc ita ut sunt, cautim & paulatim dabis,

Si sapiens Me. faciam. Ch. abi intro: uide, quid po-
 stulent:

Egò domi ero, si quid me uoles Me sanè uolo:

Nam te sciente faciam, quicquid egero.

121

ACTVS V. SCENAI.

Trochaici quadrati catalectici, & Senarij Iambici.

Menedemus, Chremes.

E Go me non tam astutum, neq; ita perspicacem Epitasis pe
esse id scio: ricularum

Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonstra- Clitiphonis
tor Chremes (uenit,

Hoc mihi præstat, in me quiduis harum rerum con- Aliàs, certo
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, scio: tunc
plumbeus: esset iambi-

In illum non potest: nam exuperat eius stultitia hæc cum.
omnia.

Ch. Ohe, iam desine Deos vxor gratulando obtun-
dere,

Tuam esse inuentam gnatam, nisi illos ex tuo inge-
nio iudicas,

Vt nihil credas intelligere, nisi si idem dictum est
centies. (Syro?

Sed interim quid illic iamdudum gnatus cessat cum

Me. Quos ais homines Chreme cessare? Ch. ehem,
Menedeme aduenis?

Dic mihi Clinia, quæ dixi, nunciastin? Me. omnia.

Ch. Quid ait? Me. gaudere adeò occepit, quasi qui
cupiunt nuptias.

Ch. Ha, ha, hæ. Me. quid resisti? Ch. serui venère in
mentem Syri

Calliditates. Me. itâne? Ch. vultus quoq; hominum
fingit scelus.

Q

Me.

H E A V T O N T.

M. Gnatus quod se aſimulet lætum, id dicis? Ch. id.

Me. idem iſtuc mihi

Venit in mentem. Ch. veterator. Me. magis ſi magis
noris, putes

Ita rem eſſe, Ch. ain' tu? Me. quin tu auſculta. Ch.
mane: hoc prius ſcire expeto,

Quid perdidideris: nam vbi deſponſam nunciaſti filio;
Continuò inieciſſe verba tibi Dromonem, ſcilicet,
Sponſæ veſtem, aurum, ancillas opus eſſe, argentum
vt dares.

Me. Non. Ch. quid non? Me. non inquam. Ch. neque
ipſe gnatus? Me. nihil proſus Chreme.

Magis vnum etiam inſtare, vt hodie conficerentur
nuptiæ.

Ch. Mira narras, quid Syrus meus? ne is quidem
quicquam? Me. nihil.

Iamb. tet. catalect. Ch. Quamobrem? Me. nescio equidem, ſed te mi-
ror, qui alia tam planè ſcias.

Sed ille tuum quoq; Syrus idem mirè finxit filium, vt
Ne paulum quidem ſuboleat eſſe amicam hanc Cli-
niæ.

Ch. Quid ais? Me. mitto iam oſculare, atq; ample-
xari: id nihil puto.

Ch. Quid eſt, quod amplius ſimuletur? Me. yah. Ch.
quid eſt? Me. audi modò.

Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retro
Huc eſt intro latus lectus: veſtimentis ſtratus eſt.

Ch. Quid

422

ACTVS V. SCENAI.

Ch. Quid, postquam hoc est factum? Me. dictum factum, huc abiit Clitipho.

Ch. Solus? Me. solus. Ch. timeo. Me. Bacchis consecuta est illico.

Ch. Sola? Me. sola. Ch. perij. Me. vbi abiére intrò, operuére ostium. Ch. hem,

Clinia hæc fieri videbat? Me. quid ni? mecum vnà simul.

Ch. Filij est amica Bacchis Menedeme, occidi. Senarijiam

Me. Quamobrem? Ch. decem dierum vix mihi est bici. Chremes a-
familia. familia.

M. Quid? istuc times, quòd ille operã amico dat sue? gnoscit er-

C. Imò quòd amicæ M. si dat. C. an dubiũ id tibi est? rorem ac

Quenquam animo tam communi esse, aut leni putas, stultitiam

Qui se vidente amicã patiatur suam? Me. Ha, ha, hæ suam.

Quid ni? quò verba facilius dentur mihi.

Ch. Derides? meritò mihi nunc ego succenseo.

Quot res dedere, vbi possem persentiscere,

Nisi essem lapis, quæ vidi? væ misero mihi.

At nã illud inultum, si viuo, ferent?

Nam iam. Me. non tu te cohibes? non te respicis?

Non tibi ego exempli satis sum? Ch. præ iracundia propriam

Menedeme non sum apud me. Me. tène istuc loqui?

NONNE id flagitium est, te alijs consilium dare?

Foris sapere, tibi non posse te auxiliariet?

C. Quid faciam? Me. id quod me fecisse aiebas parũ:

Fac, te esse patrem sentiat: fac audeat

Sulsum est,
quod Chre-
meti decan

tat ipsius
propriam
Philosophi-
am, quasi
suo cum

gladio pe-
tens.

Q. 2

Tibi

H E A V T O N T.

Tibi credere omnia, abs te petere & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.

Ch. Imò abeat potius multò quouis gentium,
Quàm hic per flagitiū ad inopiam redigat patrem:
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus
Menedeme, mihi illhæc verè ad rastròs res redijt.

M. Quot incòmoda tibi in hac re capies, nisi caues?
Difficilem ostendis te esse, & ignoscas tamen
Post, & id ingratum. Ch. ah nescis, quam doleam.

Me. vt lubet.

Quid hoc, quod rogo, vt illa nubet nostro? nisi quid
est,

Quod mauis. Ch. imò & gener, & affines placent.

Me. Quid dotis dicam te dixisse filio?

Quid obticuiſti? Ch. dotis? Me. ita dico. Ch. ah. Me.
Chreme,

Trochaic. Ne quid vereare: sin minus, nihil dos nos mouet.

quadrat. C. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis:

catalect. Sed ita dictu opus est, si me vis saluom esse, & rem
& filium,

Me mea omnia bona doti dixisse illi. Me. quiam rem
agis?

Ch. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,
Quamobrem id faciam. Me. quin ego verò, quamobrem
id facias, nescio.

Ch. Egòne? vt eius animum, qui nunc luxuria & la-
sciua

Diffluit

123

ACTVS V. SCENA I.

Diffluit, retundã, redigam, vt quò se vortat, nesciat.

Me. Quid agis? Ch. mitte, ac sine me in hac re gerere
mibi morem. Me. sino:

Itãne vis? Ch. ita. Me. fiat. Ch. age iam, vxorem vt
accersat, paret.

Hic ita, vt liberos est æquom, dictis confutabitur.

Sed Syrum. Me. quid eum? Ch. egone? si viuo, aded
exornatum dabo,

Aded depexum, vt, dum viuat, meminerit semper mei

Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.

Non (ita me Dij ament) auderet hæc facere vidua
mulieri,

Quæ in me fecit.

ACTVS V. SCENA II.

Trochaici quadrati catalectici, mixtis

Iambicis quadratis.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHRE-
MES, STRVS.

I Tãne tandem quæso Menedeme, vt pater

Tam in breui spacio omnem de me eiecerit ani-
mum patris?

Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admi-
si miser?

Volgo faciunt. Me. scio tibi hoc esse grauius multo,
ac durius,

Cui sit: verùm ego haud minus ægrè patior id, qui
nescio,

Verfus per-
ficitur se-
quenti sce-
na.

HEATONT.

Nec ratione capio, nisi quod tibi benè ex animo volo
Clit. Hic patrem astare aiebas? **Me.** eccū. **Ch.** quid me
 incusas **Clitipho?**

Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitia
 tuæ.

Vbi te video esse animo omisso, & suauia in præsen-
 tia

Quæ essent, prima habere, neq; consulere in longitu-
 dinem:

Cepi rationem, vt neq; egeres, neque vt hæc posses
 perdere,

Vbi, cui decuit primo tibi non licuit per te mihi
 dare,

Abij ad proximos, tibi qui erant: eis commisi, &
 credidi,

Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidum **Clitipho,**
Victus, vestitus, quò in tectum te receptes. **Clit.** hei
 mihi.

Ch. Satius est, quàm te ipso bærede hæc possidere
 Bacchidem.

Sy. Disperij: scelestus quantas turbas conciui insci-
 ens?

Clit. Emori cupio. **Ch.** prius quæso disce, quid sit vi-
 uere.

Vbi scies, si displicebit vita, tum isoc vtitor.

Sy. Here, licèrne? **Ch.** loquere **Sy.** at tutò? **Ch.** loque-
 re. **Sy.** quæ ista prauitas,

Quæ

ACTVS V. SCENA II.

Quæue amentia est, quod peccaui ego, id obesse hu- *Iucunda va-*
ic? Ch. ilicet, *rietas est in*
Ne te admisce; nemo accusat te Syre: ne tu aram *fabula. Su-*
tibi, *pra seruus*
Negꝫ precatorem pararis. Sy. quid agis? Ch. nihil suc- *magnificè*
censeo, *prædicat se*
Nec tibi, nec huic: nec vos est æquom, quod facio *ipse, & pu-*
mibi. *tat se astu-*
Sy. Abijt: ac rogasse vellem. Clit. quid? Sy. vnde mihi *tisimè fe-*
peterem cibum, *fellisse vtrū*
Ita nos abalienauit, tibi iam esse ad sororem intelli- *qꝫ senem:*
go. *Nunc con-*
Clit. Adeon' rem redisse, vt periculum etiam fame *tra deplo-*
mibi sit Syre? *rat exitum*
Sy. Modò liceat viuere, est spes. Clit. quæ? Sy. nos esu- *tantemera*
rituros satis, *rj consilij.*
Clit. Irrides in re tanta, negꝫ me quicquam consilio *Estqꝫ egre-*
adiuuas? *gia imago*
Sy. Imò & ibi nunc sum, & vsqꝫ dudum id egi, dum *humanorū*
loquitur pater: *consiliorū,*
Et, quantum ego intelligere possum. Clit. quid? Sy. *quibus sæpe*
non aberit longius. *cum viden-*
Clit. Quid id ergo? Sy. sic est, non esse horum te ar- *tur astutis-*
bitror. Clit. qui istuc Syre? *simè cogi-*
Satin' sanus es? Sy. ego dicam, quod mihi in mentem: tata, non
tu dijudica. *respondent*
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio, *exitus.*

H E A T O N T.

Quæ propior esset, te indulgebant, tibi dabant nunc,
filia

Postquam est inuenta vera, inuenta est causa, qua te
expellerent.

Clit. Est verisimile. Sy an tu ob peccatum hoc esse
illum iratum putas?

Clit. Non arbitror. Sy. nunc aliud specta: matres o-
mnes filijs

In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent esse: id non fit. Clit. verum dicis: quid ergo
nunc faciam

Syre? Sy. suspicionem istam ex illis quære: rem pro-
fer palam.

Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces
citò, aut

Scibis cuius sis. Clit. rectè suades: faciam. Sy. sat re-
ctè mihi in

Mentem venit: namq; adolescens, quàm minima in
spe situs erat,

Tam facilimè patris pacem in leges conficiet suas.
Etiam haud scio, an ne uxorem ducat, ac Syro nil
gratiæ

Quid autem hoc? senex exit foras: ego fugio, adhuc
quod factum est,

Iamb. tetr. *Miror non iussisse illico arripi me: ad Menedemum*
catalectic. *hinc pergam,*

Eum precatorem mihi paro, seni nostro fidei nihil
habeo.

Actus

ACTVS V. SCENA III.

125

Iambici quadrati acatalectici, Trochaici

variij, numero septem.

Sostrata, Chremes.

Profectò, nisi caues tu homo, aliquid gnato con- Faceta ma-
ficies mali: tris cum vi

Idg; adeò miror, quomodo tam ineptum quicquam ro collatio.
potuerit tibi

Venire in mentem, mi vir, Ch. ob, pergin' mulier esse?
vllámne ego

Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi fueris ad-
uorsatrix Sostrata?

At si rogitem iam, quid est quòd peccem, aut quam-
obrem hoc faciam, nescias.

In qua re nunc tam confidenter restas stulta? So. ego
nescio.

Ch, Imò scis potius, quam quidẽ redeat ad integrum Sena. cata-
eadem oratio. lectici.

S. Ob iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.

Ch. Non postulo: iam loquere, nihilo minus ego hoc
faciam tamen.

So. Facies? Ch. verum. So. non vides, quantum mali Trochai.
ex ea re excites?

Subditum se suspicatur. Ch. subditum, ain' tu? So. Octonarius
certè inquam mi vir. hyperc. De-

Ch. Confitere tuum non esse. So. ah, obsecro, istuc ini- nar. cat.
micis fiet. Tetramet.

Egon confiteor meum non esse filium, qui sit meus? Iambic.

Q 5

Ch. Quid catalect.

H E A V T O N.

Ch. Quid metuis ? ne non cum velis, conuincas esse illum tuum ?

So. Quod filia est inuenta ? Ch. non, sed quod magis credendum fiet,

Dimeter,
Trochaic. Id quod est consimilis moribus ;

Conuincas faciliè ex te natum : nam tui similis est probe :

Nam illi nihil vitij est relictum, quin id itidè sit tibi. Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium. Sed ipse egreditur, quàm seuerus, rem cum videas, censeas.

ACTVS V. SCENA IIII.

Trochaici quadrati catalectici, permixtis
Iambicis aliquot.

Clitipho, Sostrata, Chremes.

SI vnquam vllum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi

Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate, obsecro

Eius vt memineris, atq; inopis nunc te miresecat mei,

Quod peto & volo, parentis meos vt commonstres mihi.

So. Obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,

Alienum esse te. Clit. sum. So. miseram me, hoccine quaesisti obsecro ?

Ita

ACTVS V. SCENA IIII.

Ita mihi, atq; huic sis superstes, vt ex me, atq; ex hoc natus es :

Et caue posthac, si me amas, vnquam istuc verbum ex te audiam. Obiurgatio conueniens

Ch. At ego, si me metuis, mores caue in te esse istos patri, sentiam.

Clit. Quos ? Ch. si scire vis, ego dicam : gerno, iners, fraus, belluo,

Ganeo, damnosus : crede & nostrum te esse credito.

Clit. Non sunt iam hæc parentis dicta. Ch. non, si ex capite sis meo

Natus, item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea causa magis

Patiar. Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.

So. Dij istæc prohibeant. Ch. Deos nescio : ego, quod potero, enitar sedulo.

Quæris id, quod habes, parentis : quod abest, non quæris, patri

Quo modo obsequare, & vt serues quod labore inuenerit.

Non mihi per fallacias adducere ante oculos ? pudeat

Dicere hac præsentè verbum turpe : at te id nullo modo

Facere piguit. Clit. eheu, quàm ego nunc totus displiceo mihi,

Quàm pudeat : neq; quòd principium incipiam id placandum, scio.

ACTVS

H E A V T O N.

ACTVS V. SCENA V.

Trochaici quadrati acatalectici, mixtis

Iambicis quadratis.

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

Catastro-
phe.

E Nimuero Chremes nimis grauiter cruciat adolefcentulum,

Nimisq; inhumanè. exeo ergo vt pacem conciliem, optumè

Ipsos video. Ch. ehem, Menedeme, cur non accerfi iubes

Filiam & quod dotis dixi firmas? So. mi vir, te obsecro

Ne facias. Cli. pater, obsecro vt mihi ignoscas. Me. da veniam Chreme,

Iamb. tetr. Sine te exorem. Ch. egone mea bona vt dem Bacchidi dono? sciens

Iambicus. Non faciam. Me. at id nos non sinemus. Clit. si me viuum vis pater,

Trochaic. Ignosce. So. age, Chreme mi. Me. age quaeso, ne tam offirma te Chreme.

Ch. Quid istuc? video non licere, vt caeperam, hoc pertendere.

Me. Facis vt te decet. Ch. ea lege hoc adeo faciam, si id faciat

Quod ego hunc æquom censeo. Clit. pater, omnia faciam, impera.

Ch. Vxo,

427

ACTVS V. SCENA V.

Ch. Vxorem vt ducas. Clit. pater. Ch. nihil audio.

M. ad me recipio,

Faciet. Ch. nihil etiam audio ipsum. Clit. perij. So.
an dubitas Clitipho?

Ch. Imo vtrum vult Me. faciet omnia. So. hæc dum
incipias graua sunt,

Dumq; ignores: vbi cognoris, facilia. Clit. faciam
pater.

So. Nate mi ego pol tibi dabo puellam lepidã, quam Nate mi;
tu facile ames, est extrã

Filiam Phanocratæ nostri. Cli. ruffanné illam vir- versum.
ginem

Cæsiã sparso ore, adunco naso, non possum pater.

Ch. Eia, vt elegans est, credas animum ibi esse. So.
aliam dabo.

Clit. Quid istuc? quandoquidem ducenda est, egomet
propemodum,

Quam volo. So. nunc pol laudo gnato te. Clit. Ar-
chonidis filiam.

So. Perplacet Clit. pater hoc nunc restat. Ch. quid?

Clit. Syro ignoscas vol

Quæ mea causa fecit. Cæ. fiat. Vós valetè &
plaudite.

Calliopiis recensui.

A R G V

ARGUMENTVM IN ADEL-

phos.

VT mira varietas est ingeniorū ac mo-
rum humanorum, ita in fabulis dissi-
milima exempla, cum senum, tum adoles-
centium pinguntur. Id vel maxime cerni-
tur in hac Comœdia, quæ lenem patrē cum
duro ac difficili conferens, pingit nobis i-
maginem lenitatis, & vt Græci vocant, ἐπι-
κεία, quæ prodest omnibus ætatibus, omni-
bus ordinibus, in omni genere vitæ. Nam
neq; in rebus pub. concordia, neq; priuatim
in familijs retineri tranquillitas potest, nisi
singuli quædā aliorum vitia dissimulemus,
ac feramus, & offensiones quasdam nostra
commoditate sanemus. Hoc præceptum in
hac fabula nobis, pponi statuamus, & quod
ait Mitio: Non habeo necesse omnia pro
meo iure agere. Quod is non re in maxima
vsurpat, nos ad omnem vitam, maximèq;
ad rerumpub. administrationem transfe-
rendum esse discamus, ne priuatas iniurias
cum reipub. periculo vlciscamur.

Est autem Protaks fabulæ: Aeschinus in
gratiam fratris rapit Lenoni mulierculam,
id postquam rescit Demea pater, aspero
ingenio cum Mitione cui Aeschinum de-
derat adoptandum, expostulat, quæriturq;
filium

filium ipsius indulgentia corrumpi.

Error Demeæ reddit fabulam iucundior-
rem. Nam muliercula nihil ad Aeschinum
sed ad alterum fratrem pertinet, cuius mo-
res Demea prædicat, & à se regi seuerissime
putat. Periclitantur igitur Aeschinus & ser-
uuli, ne Demea resciscat peccatum eius ado-
lescens. Estq; id etiam exemplum boni &
liberalis ingenij, quod Aeschino frater tau-
topere curæ est. Cæterum amabat & Ae-
schinus ingenuam quandam, cui fidem de-
derat, se ducturum eam vxorem, quæ rapta
Psaltria metria metuit, ne deseratur ab Ae-
schino.

EPITASIS.

Demea resciscit Aeschinum obtulisse vi-
tium ingenuæ, ea de re miras Tragœdias a-
git apud fratrem Mitionem. Magis etiam
excandescit, cum audit, Psaltriam ad suum
illum frugaliorem adolescentem pertinere.

CATASTROPHE.

Hæ turbæ omnes prudentia & mansuetu-
dine Mitionis sedantur. Est autem hæc fa-
bula vel in primis Rhetorica, habet crebras
accusationes, excusationes, querelas, erro-
res. Quare non solum res habent, vtile ad
vitam exemplum, sed etiam oratio ad faci-
diam alendam atq; augendam prodest.

Fabulæ

Fabula interlocutores.

MITIO senex,
Æschinus adolescens,
Syrus seruus,
Sostrata matrona,
Pamphila nurus,
Gera senex,

Demea senex,
Ctesiphon adolescens,
Dromo seruus,
Hegio senex,
Canthara nutrix,
Sammio leno.

C. SVLPITII APOLLINARIS Periocha in Adelfhos.

DVos cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æschinum.
Sed Ctesiphonem retinet, hunc Citharistriae
Lepôre captum, sub duro ac tristi patre
Frater celabat Æschinus, famam rei,
Amorem in se transferebat, deniq;
Fidicinam Lenoni eripuit, vitiauerat
Idem Æschinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq; dederat, hanc sibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauter ferre: mox tamen,
Vt veritas patefacta est, ducit Æschinus
Vitiatam, ponitur Ctesiphon Citharistriam,
Exorato patre suo duro Demea.

PROLOGVS.

ACTA LVDIS FVNEBRIBVS, L. Æ-
MILII PAVLI. Q. FABIO MAXI-
MO, P. CORNELIO AFRICANO,
ÆDILIBVS CVRVLIBVS, EGERE
L. ATTILIVS PRÆNESTINVS, MI-
NVTIVS PROTIMVS. MODOS FE-
CIT FLACCVS CLAVDIVS, TIBIIS
SARRHANIS FACTA GRÆCA
MENANDRV, L. ANICIO,
MARCO, CORNELIO
COSS.

PROLOGVS.

Postquam Poëta sensit scripturam suam
Ab antiquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus:
Indicio de se ipse erit: vos eritis iudices,
Laudin' an vitio duci factum oporteat.
Synapothnescontes Diphili Comædia est,
Eam commorientes Plautus fecit fabulam:
In Græca adolescens est, qui Lenoni eripit
Meretricem, in prima fabula: eum Plautus locum
Reliquit integrum: eum hic locum sumpsit sibi
In Adelfhos, verbum de verbo expressum extulit,
Eam nos acturi sumus nouam: pernoscite,

Defensio,
quod non
Plauti, sed
suam fabu-
lam afferat
quia locū
à Plauto
prætermis-
sum perpo-
lierit.

R

Furtum

PROLOGVS.

Aliadefen- Furtumnè factum existumetis, an locum
sio, quæ ha- Reprehensum, qui præteritus negligentia est.
bet egregi- Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
aminuersi- Eum adiutare, assidueq; vnâ scribere:
onem: Non Quod illi maledictum vehemens existimant,
est turpe, Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placeat
sed honestis Qui vobis vniuersis, & populo placent:
simum, ad- Quorum opera in bello, in ocio, in negotio,
iuuari à no- Suo quisq; tempore vsus est, sine superbia.
bilissimis Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
ciuibus. Senes qui primi venient, hi partem aperient,
 In agendo partem ostendent. facite, æquanimitas
 Vestra Pœtæ ad scribendum augeat industriam.

ACTVS



130

ACTVS PRI-

MI SCENA

PRIMA.

MITIO senex.

STorax, non redyt hac nocte à cœna Æschinius? Senarj.
Neg, seruulorum quisquã qui aduorsum ierãt?
Profectò hoc verè dicunt: si absis vspsiam,
Aut vbi si cesses, euenire ea satius est,
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa, quæ parentes propity.
Vxor si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi,
Tibi benè esse soli, cum sibi sit malè.
Ego, qui non redyt filius, quæ cogito?
Quibus nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit,
Aut vspsiam ceciderit, aut perfregerit (tuere aut
Aliquid, vab. quenquã me hominem in animo insti-
Parare. quod sit carius, quàm ipse est sibi?
Atq, ex me hic non natus est, sed ex fratre is adeò
Dissimili studio est, iam inde ab adolescentia.
Ego hanc elementem vitam vrbanam atq, ocium
Secutus sum: & quod fortunatum isti putant,
Vxorem nunquam habui. ille contra, hæc omnia,
Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter
Se habere: vxorem duxit: nati filij
Duo, inde ego hinc maiorem adoptaui mihi,

æ&doe,
conueniens
patri, præ-
sertim in-
dulgenti,

Narratio,
in qua ex-
ponit, vnde
sit sibi fili-
us, & vt dis-
simili con-
silio ipse et
Demea fili-
os regant,

R 2

E du-

ADELPHORVM

*Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo :
In eo me oblecto solum id est carum mihi.
Ille, vt item contra me habeat, facio sedulo.
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia.
Pro meo iure agere: postremo alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium.*

*NAM qui mentiri aut fallere insueuerit patrẽ, aut
Audebit, tanto magis audebit ceteros.*

*PVDORE, & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, quàm metu.*

Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.

Venit ad me sæpè clamitans, quid agis Mitio?

Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?

Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?

Vestitu nimio indulges: nimium ineptus es.

Nimium ipse durus est, præter æquomq; & bonum:

Ratio, cur **ETERRAT** *longè, mea quidem sententia:
improbet* *Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
fratris con* *Vt quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur:
silium.* *Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.*

MALO COACTVS, qui suum officium facit,

Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:

Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.

Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit.

Studet par referre, præsens, absensq; idem erit,

Hoc patrium est, potius consuefacere filium,

ACTVS I. SCENA II.

Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
 Hoc pater, ac dominus interest. hoc qui nequit,
 Fateatur nescire imperare liberis.
 Sed estne hic ipse, de quo aiebam? & certè is est.
 Nescio quid tristem video, credo iam (vt solet)
 Iurgabit jaluom te aduenire Demea,
 Gaudemus.

ACTVS I. SCENA II.

Senarij.

DEMEA, MISIS.

HEm, oportune, te ipsum quaerito.

Mi. Quid tristis es? De. rogitas me? vbi nobis
 Æschinus

Siet? quid tristis ego sim? Mi. dixin' hoc fore?

Quid is fecit? De. quid ille fecerit? quem neq; pudet

Quidquam neq; metuit quenquam neq; legem putat

Tenere se vllam nam illa, quæ ante hæc facta sunt,

Omitto: modò quid designauit? Mi. quid nam id est?

De. Fores effregit, atq; in ædeis irruit

Alienas: ipsum dominum, atq; omnem familiam

Multauit vsq; ad mortem: eripuit mulierem

Quam amabat: clamant omnes indignissime

Factum esse, hoc aduenienti quod mihi Mitio

Dixere: in ore est omni populo. deniq;

Si conferendum exemplum est, non fratrem videt

Rei dare operam, ruri esse parcum & sobrium?

Nullum huius simile factum: hæc cum illi Mitio

Hic senari-
 us perfici-
 tur initio
 scenæ se-
 quentis.

Alias rogas

Expostula-
 tiode indul-
 gentia Mi-
 tionis.

Exordium
 breue.

Narratio.

Error senis
 reddit iucū-
 diorem fa-
 bulam,

ADELPHORVM

Contraria
Mitionis
oratio.

Dico, tibi dico, tu illum corrumpi sinis.

Mi. HO M I N E IMPERITO nunquam quicquam
iniustus,

Qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.

De. Quorsum istuc? Mi. quia tu Demea hæc male
iudicas.

Non est flagitium (mibi crede) adolescentulum

Scortari, neq; potare, non est: neq; fores

Effringere. hæc si neq; ego, neq; tu fecimas.

Non fuit ægestas facere nos: tu nunc tibi

Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

Iniurium est, nam si esset vnde id fieret,

Faceremus: & tu illum tuum si esses homo,

Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,

Potius, quam vbi te expectatum eiecisset foras,

Alieniori ætate post faceret tamen.

De. Proh Iuppiter, tu homo adiges me ad insaniam.

Non est flagitium facere hæc adolescentulum? M. ab

Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.

Tuum filium dedisti adoptandum mihi:

Is meus est factus: si quid peccat Demea,

Mihi peccat: ego illi maximam partem feram:

Obsonat, potat, olet vnguenta? de meo.

Amate dabitur à me argentum, dum erit commodum

Vbi non erit fortasse excludetur foras.

Fores effregit: restituentur: discidit

Vestem: resarciatur, est Dys gratia,

ACTVS I. SCENA II.

132

Et vnde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
 Postremo aut desine, aut cedo quemuis arbitrum:
 Te plura in hac re peccare ostendam. De. hei mihi,
 Pater esse disce ab alijs, qui verè sciunt.
 Mi. Natura tu illi pater es, consilijs ego.
 De. Tun' consulis quicquam? Mi. ab si pergis, abiere,
 D. Siccine ais? M. an ego toties de eadem re audiã?
 De. Curæ est mihi. Mi. & mihi curæ est: verùm De-

mea
 Curemus æquam vterq; partem, tu alterum,
 Ego item alterum: nam ambos curare propemodum
 Reposcere illum est, quem dedisti. De. ab Mitio.
 M. Mihi sic videtur. D. quid istuc tibi si istuc placet,
 Profundat pereat, perdat, nihil ad me attinet.
 Iam si verbum vnum posthac, Mi. rursum Demea
 Irascere? D. an non credis? repeton' quem dedi?
 Ægrè est: alienus non sum, si obsto heu. desino.
 Vnum vis curem, curo: & est Dijs gratia,
 Cum ita vt volo, est: iste tuus, ipse sentiet
 Posterius, nolo in illum grauius dicere.
 M. Nec nihil, neq; omnia hæc sunt quæ dixit: tamen
 Nonnihil molesta hæc sunt mihi: sed ostendere,
 Me ægrè pati, illi nolui: nam ita est homo:
 Cum placo aduorsor sedulo, & deterreo,
 Tamen vix humanè patitur: verum si auge am,
 Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ,
 Insaniam profecto cum illo. etsi Æschinas

Correctio
 plena hu-
 manitatis,
 quæ medio
 critatem
 prebat.

R 6

Non

ADELPHORVM

Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
 Quam hic non amauit meretricem? aut cui nō dedi
 Aliquid? postremō nuper (credo iam omnium
 Tædebat) dixit velle vxorem ducere.
 Sperabam iam deferuisse adolescentiam:
 Gaudebam: ecce autem de integro: nisi quicquid est,
 Volo scire, atq; hominem conuenire, si apud forum
 est.

ACTVS II. SCENA I.
 SANNIO, ÆSCHINVS.

Narratio. **O**bscuro, populares ferte misero, atq; innocen-
 protasis est ti auxilium: (Iamb. tetra. cata.
 & occasio Subuenite inopi. Æ. ociose, nunc iam illico hic con-
 periculatorū siste,
 adquæ refe Quid respectas? nihil pericli est. nunquam, dum ego
 runtur deli adero, hic te tanget.
 berationes Sa. Ego istam inuitis omnibus. (Dimetes.
 quæ in fa- Æ. Quanquam est scelestus, non committet hodie
 bula tota vnquam iterum vt vapulet.
 sequentur. Sa. Æschine audi, ne te ignarum fuisse dicas meorū
 Troch. tet. morum,
 acatalecti. Leno ego sum. Æ. scio Sa. at ita, vt vsquam fuit fide
 quisquam optuma.
 Troch. cat. Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi
 Nolle factam esse, huius non faciam, crede hoc, ego
 meum ius persequar:

ACTVS II. SCENA I.

Neg, tu verbis solues vnquam, quod mihi re malefe-
ceris.

Noui ego vestra hac: nollem factum, iusurandum Acatalect.
dabitur, te esse

Indignum iniuria hac, indignis cum egomet sim ac- catalect.
ceptus modis.

Æ Abi perstrenuè, ac fores aperi. Sa. cæterum hoc
nihil facis.

Æ. I intrò nunc iam tu. Sa. at enim non sinam. Æ. Iam. catal.
accede illuc Parmeno,

Nimum istoc abisti. hic propter hunc assiste: hem, Trochaici,
sic volo. catalect.

Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimo-
ueas tuos.

Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuè in Iamb. quad.
mala hæreat. acatalect.

Sa. Istuc volo erga ipsum experiri. Æ. hem serua.
omite mulierem.

Sa. O facinus indignum. Æ. geminabit, nisi caues.
Sa. hei miseriam.

Æ Non innueram: verum in istam partem potius
peccato tamen: (Iamb. acat.

I nunc iam. Sa. quid hoc rei est? regnumne Æschine
hic tu possides?

Æ. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.

Sa. Quid tibi rei mecum est? Æ. nihil. Sa. quid? no-
strum, qui sim? Æ. non desidero.

ADELPHORVM

Sa. Tetigin' tui quicquam? Æ. si attigisses, ferres
 infortunium.

Sa. Quì tibi magis licet meam habere, pro qua ego
 argentum dedi?

Responde. Æ. Ante ^{est cum Anfin:} ~~deus~~ non fecisse, erit melius hic
 conuicium:

Nam si molestus pergis esse, iam intro, ^{apipere atq;}
 ibi

Vsq; ad necem opperiere loris. Sa. loris liber? Æ. sic
 erit.

Sa. O hominem impurum, hiccine libertatem aiunt
 equam esse omnibus?

Æ. Si satis iam debacchatus es Leno, audi si vis nunc
 iam.

Sa. Egone debacchatus sum autem, an tu in me? Æ.
 mitte ista, atq; ad rem redi.

Sa. Quam rem? quò redeam? Æ. iamne me vis dicere,
 quò ad te attinere?

Sa. Cupio, modò equi aliquid. Æ. vah, leno iniqua
 me non volt loqui.

Sa. Leno sum fateor, pernicios communis adolescen-
 tium,

Periurus, pestis: tamè tibi à me nulla est ortainiuria

Æ. Nam hercle etiam id restat. Sa. illic quaeso redi,
 quò cœpisti Æschine.

Æ. Minus viginti tu illam emisisti, quæ res tibi vortat
 male.

ACTVS II. SCENA I.

Argenti tantum dabitur. Sa. quid : si ego tibi illam
nolo vendere ,

Coges me ? Æ. minimè Sa. namq; id metui. Æ. neq;
vendendam censeo ,

Quæ libera est. nam ego illam liberali assero causa
manu.

Nunc vide vtrum vis argentum accipere, an causam
meditari tuam.

Delibera hoc , dum ego redeo leno. Sa. prò supreme
Iuppiter.

Minimè miror, qui insanire occipiunt ex iniuria :
Domo me eripuit , verberavit : me invito abduxit
meam:

Ob malefacta hæc tantidem enptam postulat sibi
tradier. (Tro. cat. ermixtis lamb acat.

Homini misero plus quingentos colaphos infregit
mihi.

Verum enim quando be'e promeruit , fiat: suum ius
postulat.

Age iam cupio , si nodd argentum reddat , sed ego
hoc ariolor.

Vbi me dixer, dare tanti, testis faciet illico
Vendidisse ne, de argento somnium mox, cras redi.

Id quoq; possum ferre , si mo lò reddat : quanquam
iniurium est.

Verum cogito id, quod res est , quando eum quæstum
o ceperis.

Liberali
causa, est a
blatiuus si
gnificans
causam &
manu asse-
rere, phra-
sis latina
est, pro in-
libertatem
vindicare.
liberalitate
sa, i e. caus
sa recupe-
randæ li-
bertatis
In enim eti-
ditur im.

Acc.

ADELPHORVM.

Accipiunda, et mussitanda iniuria adolescentum est
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes
deputo.

ACTVS II. SCENA II.

Iambici quadrati acatalectici, & senarij.

STRVS, SANNIO.

Consilia
serui, quib.
Lenonem
placat.

TAce, egomet conueniam iam ipsum: cupide ac-
cipiat faxo, atq; etiam

Bene dicat secum esse actum, quid istuc Sannio est,
quod te audio

Nescio quid concertasse cum hero? Sa. nunquam vi-
di iniquius

Certationem comparatam, quam quæ hodie inter
nos fuit:

Ego vapulando, ill. verberando, vsq; ambo defessi
sumus.

Sy. Tua culpa. Sa. quid agerem? Sy. adolescenti mo-
rem gestum oportuit.

Elisio exci-
pitur a ver
su sequenti

Sa. Qui potui melius, qui hoie vsq; os præbui? Si.
age, scis quid loquar?

PECVNIAM IN LOCO negligere, maximum
interdum est lucrum. Sa. hui.

Sy. Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paulu-
lum,

Atq; adolescenti esses morigeratus, hominum homo
stultissime,

Ne non tibi istuc fœneraret. Sa. ego spen precio nõ
emo.

Sy.

ACTVS II. SCENA II.

135

Sy. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines Sannio.

Sa. Credo istuc melius esse: verum ego nunquam adeo astutus fui,

Quin quicquid possem, malletm auferre potius in presentia.

Sy. Age, noui tuum animum: quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ,

Dum huic obsequere: præterea autem te aiunt proficisci Cyprum. Sa. hem.

Sy. Coëmisse, hinc quæ illuc ueheres, multa, nauem conductam, hoc scio,

Animus tibi pendet: vbi illinc spero redieris, tamen hoc ages.

Sa. Nusquam pedem, perij hercle: hac illi spe hoc incepterunt. Sy. timet?

Inieci scrupulum homini. Sa. ô scelera illuc, vide, Vt in ipso articulo oppressit. emptæ mulieres

Senarij:

Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum. Nisi eò ad mercatum venio, damnum maximum est

Nunc si hoc omittam, actum agam vbi illinc rediero Nihil est. refrixerit res, nunc demum venis?

Cur passus? vbi eras? vt sit satius perdere, (qui. Quam aut hic nunc manere tamdiu, aut tum perse-

Sy. Iamne enumerasti, quod ad te rediturum putes? Sa. Hoccine illo dignum est? hoccine incipere Es-

cbinum?

Per

ADELPHORVM

In per, eli-
ditur e. Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet?
Sy. Labascit, vnum hoc habeo: vide si satis placet,
Potius quam venias in periculum Sannio,
Seruésne an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. Sa, hei mihi,
Etiam de sorte nunc venio in dubium miser.
Pudet nihil omneis dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber est totum caput.
Etiam insuper defraudet? nusquam abeo Sy. vt luber
Nunquid vis, quin abeam? Sa. imò hercle hoc quaeso
Syre,

Vt vt hæc sunt. potius quam lites sequar,
Meum mihi reddat, saltem quanti empta est Syre.
Scio te non vsu ante hac amicitia mea:
Memorem me dices esse & gratum. Sy. sedulo
Faciam sed Ctesiphonem video. lætus est
De amica. Sa. quid, quod te oro? Sy paulisper mane.

Ctesipho
laudat fra-
trem, vt ap-
pareat Æ-
schinū bo-
na & libe-
ralinatura
præditum
esse.

ACTVS II. SCENA III.

Iambici quadrati acatalectici.

CTESIPHO, STRVS.

ABS quibus homine, cum opus est beneficium ac-
cipere gaudeas:
Verum enimvero id demum iuuat, si, quem æquom
est benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego te nunc laudem? satis cer-
tò scio:

Nun-

136
ACTVS II. SCENA IIII.

Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus
quin superet tua.

Itaq; vnā hanc rem me habere præter alios præci-
puam arbitror,

Fratrem, hominem neminem esse primarum artium
magis principem,

Sy. O Ctesipho. Ct. ô Syre, Æschinus vbi est? Sy. illum
te expectat domi, Ct. hem.

Sy. Quid est? Ct. quid sit: illius opera Syre nunc viuo:
festiuum caput.

Qui omnia sibi postputarit esse præ meo commodo:
Maledicta famam, meum amorem, & peccatum in
se transtulit.

Alias, labo-
rem.

Nihil pote supra, sed quinam fores crepuit? Sy. ma-
ne, mane, ipse exit foras.

Alias, quid
nam.

ACTVS II. SCENA IIII.

Iamb quada. catalectici.

ÆSCHINVS, SANNIO, CTE-
SIPHO, STRVS.

Vbi est ille sacrilegus? Sa, men' quærit? num
quidnam affert: occidi:

Nihil video. Æ. ehem, oportune te ipsum quærito:
quid sit Ctesipho?

In tuto est omnis res: omitte verò tristitiam tuam.

Ct. Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te ha-
beam fratrem ô mi Æschine.

ô mi germane, ah vereor coram in os te laudare am-
plius,

Ne

ADELPHORVM

Ne id assentandi magis, quàm quod habeam gratum
facere existimes.

Æ. age inepte, quasi nunc non norimus nos inter
nos Ctesipho.

Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scisse, & penè in
eum locum

Redisse, vt, si omnes cuperent, nihil tibi possent au-
xiliarier.

Ct. Pudebat. Æ. ab. stultitia est istæc, non pudor, tam
ob paruolam

Rem penè ex patria, turpe dictu, Deos quæso, vt
istæc prohibeant.

Ct. Peccaui. Æ. quid ait tandem nobis Sannio? Sy.
iam mitis est.

Æ. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam? tu intrò ad
illam Ctesipho.

Sa. Syre insta. Sy. eamus: namq; hic properat in
Cyprum. Sa. ne tam quidem.

Quamuis etiam maneo ociosus hîc. Sy. reddetur, ne
time.

Sa. At vt omne reddat. Sy. omne reddet, tace modò,
ac sequere hâc. Sa. sequor.

Ct. Heus heus Syre. Sy. hem, quid est? Ct. obsecro
hercle hominem istum impurissimum

Quam primum absoluitote ne si magis irritatus fiet
Aliqua ad patrem hoc permanet, atq; ego tûc per-
petuo perierim.

Sy.

ACTVS III. SCENA I.

Sy. Non fiet bono animo esto, tu cum illa te intus oblecta interim.

Et lectulus iube sterni nobis, & parari cætera.

Ego iam transacta re, conuertam me domum cum obsonio.

Ct. Itaque: quando hoc bene successit, hilarè hunc sumamus diem.

ACTVS III. SCENA I.

Iambici quadrati acatalectici.

SOSTRATA, CANTHARA.

O Bsecro te mea nutrix, quid nunc fiet? Can. quid fiet, rogas?

Rectè ædepol spero So. modò dolores mea tu occipunt primulum.

Can. Iam nunc times quasi nunquam affueris? nunquam tute pepereris?

So. Miseram me, neminem habeo solæ sumus: Getà autem hic non adest:

Nec quam ad obstetricem mittam, nec qui accersat Æschinum.

Can. Pol is quidem iam hic aderit: nam nunquam vnum intermittit diem,

Quin semper veniat. So. solus mearum est miseriarum remedium.

Can. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est hera?

Quando vicium oblatum est, quod ad illum attinet potissimum

Altera
pars fabulæ
de ingenua,
quam
amabat
Æschinus.

S Talem

ADELPHORVM

Talem, tali genere, atq; animo, natum ex tanta familia.

So. Ita pol est, vt dicis: saluos nobis, Deos queso, vifiet.

ACTVS III. SCENA II.

Iambici quadrati acatalectici, & vnus Dimeter, permixtis trochaicis aliquot acatalecticis.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

Nunc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant, Atq; huic malo salutem querant, auxiliij nihil afferant, Quod mihiq; beræq; filiaq; berili est, vae misero mihi, Tot res repente circumuallant, vnde emergi non potest. Vis, egestas, iniusticia, solitudo, infamia. Hoccine seculum? ô scelera, o genera sacrilega? ô hominem impium.

So. Me miseram. quidnam est, quod sic video rimidum & properantem Getam?

Ge. Quem neq; fides neq; iusiurandum, neq; illum misericordia Repressit, neq; reflexit, neq; quod partus instabat propè, Cui miseræ indignè per vim viciam obtulerat. So. non intelligo.

Error Getæ, qui putat Psaltri- am ad Æschinū pertinere. idē oq; metuit berilē filiam deserri. Alias, impuram.

ACTVS III. SCENA II.

138

Satis, quæ loquatur. C. propius obsecro accedam
Sostrata Ge. ab,

Me miserum, vix sum compos animi ita ardeo iracundia.

Nihil est, quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam,

Vt iram hanc in eos euomam omnem dum ægritudo hæc est recens:

Satis id mihi habeam supplicij, dum illos vlciscar modo.

Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:

Tum autem Syrum impulsorem, vab, quibus illum lacerarem modo?

Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem,

Vt cerebro dispergat viam:

Adolescenti ipsi eriperem oculos, posthac præcipitè darem:

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.

Sed cesso heram hoc malo impertiri propere? So. re- Iam acata uocemus. Geta.

Ge. Hem, quisquis es, sine me. So. ego sum Sostrata. Trochaj.

Ge. vbi ea est te ipsam quærito:

Te expecto: oppido opportune te obtulisti mihi obuiam

S a

Hera

ADELPHORVM

Hera. So. quid est? quid trepidas? Ge. hei mihi. So.
quid festinas mi Geta?

Animum recipe. Ge. prorsus. So. quid istuc prorsus
ergo est? Ge. perimus:

Actum est. So. eloquere, obsecro quid fiet? Ge. iam.
So. quid iam Geta?

Ge. Æschinus. So. quid ergo is? Ge. alienus est ab no-
stra familia. So. hem,

Perij, quare? Ge. amare coepit aliam. So. væ miseræ
mihi.

Ge. Neq; id occultè fert, à lenone eripuit ips; palàm
So. Satin hoc certo? Ge. certè hisce oculis egomet vi-
di Sostrata. S. ab,

Me miserã, quid credas iam? aut cui credas? nostrum
ne Æschinum, (amb. tet acat.

Nostram vitam omnium, in quo nostræ spes opesq;
omnes sitæ.

Erant, qui sine hac iurabat se vnum nunquam victi-
rum hem,

Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat, pa-
trem

Ita obsecraturum, vt liceret nunc sibi hanc vxorem
ducere?

Ge. Hera, lacrimas mitte, ac potius, quod ad hanc
rem opus est, porro consule.

Patiamur ne, an narremus cuiquam? Can. an, au mi
homo, sanusne es.

139

ACTVS III SCENA II.

An proferendum hoc tibi videtur vsquam esse? Ge.
mibi quidem non placet.

Iam primum illum alieno animo à nobis esse, res ipsa indicat.

Nunc si hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, sat scio,

Tua fama, & gnatae vita in dubium veniet, tum si maxime

Fateatur, cum amet aliam, nō est utile hāc illi dari.

Quapropter quoquo pacto celato est opus. So. ah, minime gentium:

Non faciam. Ge. quid agis? So. proferam. Ge. hem, mea Sostrata vide quam rem agas.

So. Peiore res loco esse non potest, quam in quo nūc sita est.

Primum, indotata est: tum praeterea, quae secunda ei dos erat,

Perijt pro virgine dari nuptum non potest: hoc reliquum est,

Si inficias ibit, testis mecū est annulus, quē amiserat. Postremo, quando ego conscia mihi sum, à me culpā esse hanc procul,

Neq; precium, neq; rem vllam intercessisse, illa aut me indignam, *Cota*

Experiar. G. quid istuc? accedo, vt melius dicas. So. tu quantum potes,

Abi, atq; Hegioni cognato buius rem narrato omnē ordine:

S3

Nam

ADELPHORVM

Nā' nōstro Simulo fuit summus, & nos coluit ma-
ximē.

Ge. Nam hercle alius nemo respicit nos. So. prope-
tu mea Canthara,

Curre, obstetricem accerse, vt, cum opus sit, ne in mo-
ra nobis fiet.

ACTVS III. SCENA III.

DEMEA, STRVS.

Error De-
mea qui
salsissimē
ridetur a
seruulo.

Disperij: Ctesiphonem audiui filium
Vna' affuisse in raptione cum Æschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicui rei est, etiam cum ad nequitia' abducere
Vbi ego illum quæram: credo abductum in ganeum
Aliquo: persuasit ille impurus, sat scio,
Sed eccum Syrum ire video: hinc scibo iam, vbi fiet
Atq; hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet carnifex,
Non ostendam me id velle.
Sy Omnem rem modo seni,
Quo pacto haberet, enarramus ordine.
Nihil quicquam vidi letius. De. prō Iuppiter
Hominis stultitiam Sy. callaudauit filium:
Mihī qui id dedissem consilium, egit gratias,
De. Disrumpar. Sy. argentum annumerauit illic
Dedit præterea, in sumptum dimidium minæ:
Id distributum sane est ex sententia De hem,
Hunc mandes, si quid recte curatum velis.

ACTVS III. SCENA III.

Sy. Ehem Demea, haud aspexeram te: quid agitur?
 De Quid agatur? vestram nequeo mirari satis
 Rationem. Sy. est hercle inepta ne dicam dolo, atq;
 Absurda: pisceis cæteros purga Dromo:
 Congrum istum maximum in aqua finito ludere
 Paulisper vbi ego venero, exossabitur.
 Prius nolo. De hæccine flagitia? Sy. mihi quidem nõ
 placent:

Et clamo sæpè salsamenta hæc Stephanio
 Fac macerentur pulchrè De Dij vestram fidem,
 Vtrum studione id sibi habet, ac laudi putat
 Fore, si perdidit gnatum? væ misero mihi,
 Videre videor iam dum illum, cum hinc egens
 Profugiet aliquò militatum Sy. ô Demea
 ISTHVC est sapere, non quod ante pedes modo est.
 Videre sed etiam illa quæ futura sunt,
 Prospicere. D. quid? istæc iam penes vos? saltria est?
 Sy. Ellam intus De. ehò. an domi est habiturus? Sy.
 credo, vt est

Dementia D. hæccine fieri? Sy. inepta lenitas
 Patris, & facilitas praua De. fratris ne quidem
 Pudet, pigetq; Sy. nimium inter vos Demea,
 At non, quia ades præsens, dico hoc, per nimium in-
 terest,

Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
 Ille futili, somnum sineres verò tu illum tuum,
 Facere hæc? De sinerem illum? an non sex totis

mensuris

64

Prius

ADELPHORVM

Prius olfecissem, quàm ille quicquam cœperit ?
 Sy. Vigilantiam tuam tu mihi narras. De. sic fiet
 Modo vt nunc est quæso. Sy. vt quisq; suum vult ef-
 se, ita est
 De. Quid eum? vidistin hodie? Sy. tu? ane filium?
 (Abigam hunc rus) iam dudum aliquid ruri agere
 arbitror.
 De. Satin scis ibi eum esse? Sy. oh, qui egomet pro-
 duxi. De. optumè est.
 Metui, ne hæreret hic. Sy. atq; iratum admodum.
 De. Quid autem? Sy. adortus iurgio fratrem apud
 forum
 De. Psalteria? fac D. ain vero? S. vah, nihil reticuit:
 Nam, vt numerabatur fortè argentum, interuenit
 Homo de improviso: cœpit clamare, Æschine,
 Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
 Indigna genere nostro? De. oh lacrumo gaudia.
 Sy. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.
 De. Saluos sit: spero, est similis maiorum suum. S. hui,
 De. Syre, præceptorum plenus istorum ille. Sy. pby.
 Domi habuit, vnde disceret. De. fit sedulo:
 Nihil prætermitto: consuefacio? deniq;
 Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium
 lubeo, atq; ex alys sumere exemplum sibi
 Hoc facito. Sy. rectè sanè. D. hoc fugito. Sy. callidè.
 De. Hoc laudi est. Sy. isthæc res est. De. hoc vitio da-
 tur.

Sy. Proa

ACTVS III. SCENA III.

Sy. Probiſſimè. D. porrò autem. S. non hercle ociù eſt
 Nunc mihi auſcultandi: piſceis ex ſententia
 Naclus ſum: hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt:
 Nam id nobis tam flagitium eſt, quàm illa Demea
 Non facere vobis, quæ modo dixti: & quod queo,
 Conuerſis ad eundem iſt hunc præcipio modum.
 Hoc falſum eſt, hoc aduſturn eſt, hoc lautũ eſt parum
 Illud rectè, iterum ſic mementote: ſedulò
 Moneo, quæ poſſum pro mea ſapientia:
 Poſtremò tanquam in ſpeculum, in patinas Demea
 Inſpicere iubeo, & moneo, quid factu uſus fiet.
 Inepta hæc eſſe, nos quæ facimus ſentio:
 Verùm quid facias: vt homo eſt ita morem geras.
 Nunquid vis? De. mentem vobis meliorem dari.
 Sy. Tu rus hinc abis De. rectè S. nam quid hic agas,
 Vbi ſi quid benè præcipias, nemo obtemperet?
 D Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc
 veneram,

Rus abiit: illum curo vnum, ille ad me attinet.
 Quando ita vult frater de iſt hoc ipſe viderit.
 Sed quis illic eſt, procul quem video: eſtne Hegio
 Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle eſt: vah,
 Homo amicus nobis iam inde à puero. Dij boni,
 Næ illiuſmodi dicam nobis magna ciuium
 Penuriã eſt. homo antiqua virtute, ac fide.
 Haud citò mali quid ortum ex hoc ſit publicè.
 Quàm gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias

ADELPHORVM,

Restare video, vob, viuere etiam nunc lubet.
Opperiari hominem hic, vt salutem, & colloquar.

ACTVS III. SCENA IIII.

HEGIO, GETA, DEMEA, FAM-
PHILA.

Scena. Iamb **P**RO Dij immortales. facinus indignum Geta
Quid narras? Ge sic est factum. He. ex illan' fa-
milia

Tam illiberale facinus esse ortum? Æschine
Pol haud paternum istuc dedisti. De. videlicet
De. Psalteria hæc audiuit id ille nunc dolet
Alieno: pater is nihili pendit hei mihi,
Vtinam hic propè adesset alicubi, atq; audiret hæc.
H. Ni facient, quæ illos æquom est haud sic auferend
G. An te spes omnis Hegio nobis sita est:
Te solum habemus: tu es patronus tu parens:
Ille tibi mortens nos commendauit senex,
Si deseris tu perimus He caue dixeris:
Neq; faciam, neq; me satv pie posse arbitror.

Narratio, De. Adibo, saluere Hegionem plurimum
in qua He- lubeo. He. ob, te quærebam ipsum, salue Demea.
gio expo- De Quid autem? He maior filius tuus Æschinus,
nit Demeæ Quem fratri adoptandum dedisti, neq; boni,
Æschinum Neq; liberalis functus officium est viri.
obtulisse vi D. Quid istuc? He. nostrum amicum noras Simulum,
tium virgî Atq; æqualem? De. quid nis He. filiam eius virginē.
ni ingenuæ Vitianit. De. hem He. mane, nondum audisti Demea,

Quod

ACTVS III. SCENA' IIII.

142

Quod est gravissimum. De an quicquam est etiam
amplius?

He Verò amplius: nam hoc quidem ferendum aliquo
modo est: amplius

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:

Humanum est, vbi sic factum: ad matrem virginis

Venit ipse vltro lachrymans, orans, obsecrans,

Fidem dans iurans, se illam ducturum domum.

Ignotum est tacitum est, creditum est, virgo ex eo

Compressu grauida facta, & mensis hic decimus est

Ille bonus vir nobis Psaltriam (si Dijs placet)

Parauit, qui cum viuat, illam deserat.

De. Pro certon' tu istæc dicis? Ge. mater virginis

In medio est, ipsa virgo, res ipsa: hic Geta

Præterea, vt captus est seruolorum, non malus,

Neq; iners. alit illas, solus omnem familiam

Sustentat: hunc abduce, vinci, quære rem.

G. Imò hercle extorque, nisi ita factum est Demea:

Postremo non negabit coram ipso cedo.

De. Pudet: nec quid agam, neq; quid huic responde-
am,

Scio. Pam. miseram me, differor doloribus.

Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. He. hem,

Numnam illa quaeso parturit? Ge. certè Hegio. He
hem.

Illæc fidem nunc vestram implorat Demea:

Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.

HA

ADELPHORVM.

Hæc priuum vt fiant, Deos quæso, vt vobis decet.

Sin aliter animus vester est, ego Demea

Summa vi defendam hanc, atq; illum mortuum.

Cognatus mihi erat vnà à pueris paruuli

Sumus e ducti vnà semper militiæ & domi

Fuimus paupertatem vnà pertulimus grauem,

Quapropter nitar, faciam, experiar deniq;

Alias, illam Animam relinquam potius quàm illas deseram.

Quid mihi respondes? De. fratrem conueniam He-
gio:

Is quod mihi de hac re dederit consilium id sequar.

He. Sed Demea, hoc tu facito dum animo cogites,

Quàm vos facili mè agitis, quàm estis maxumè

Potentes, dites, fortunati, nobiles:

Tam maxime vos æquo animo, æqua noscere:

Oportet si vos vultis perhiberi probos.

De. Redito fient, quæ fieri æquum est omnia.

He. Decet te facere: Geta, duc me intrò ad Sostratã

De. Non me indicente hæc fiunt: vtinã hoc sit modo

Defunctum. verum nimia illæc licentia,

Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Ibo, requiram fratrem, vt in eum hæc euomam

G. Bono animo fac sis Sostrara, & istã, quod potes,

Fac consolare, ego Mitionem, si apud forum est,

Conueniam, atq; vt res gesta est, narrabo ordine:

Si est facturus vt sit officium suum,

Faciat. sin aliter de hac re est eius sententia.

Respon=

ACTVS IIII. SCENA I.

Respondeat mihi, vt, quid agam, quàmprimum sciam.

ACTVS IIII. SCENA I.

Iambici quadrati acatalectici, vno aut altero
Trochaico catalectico mixto, Dimeter
vnus Iambicus.

CLITIPHO, STRVS.

AIn patrem hinc abysse rus? Sy. iam dudum. Cte.
dic sodes. Sy apud
Villam est, nunc eum maxumè operis aliquid facere
credo. Ct. vtinam quidem,
Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim
vt triduo hoc perpetuo prorsum è lecto nequeat sur-
gere.

Sy. Ita fiat. & istoc si quid potis est, rectius. Ct. ita:
nam huc diem

Misere nimis cupio, vt cœpi perpetuum in letitiâ
degere:

Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia
Propè est, quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, quàm huc reuerti posset
iterum.

Nunc vbi me illuc non videbit, iam huc recurret, sat
scio:

Rogabit me vbi fuerim: quem ego hodie toto non
vidi die.

Quid

ADELPHORVM

Quid dicam? Sy. nihilne in mente est? **Ct.** nunquam quicquam Sy. tanto nequior:

Cliens, amicus hospes, nemo est vobis? **Ct.** sunt, quid postea?

Sy. Hisce opera vt data sit **Ct.** quæ non data sit? non potest fieri. **Sy.** potest.

Ct. Interdium: sed si hic pernocto, causæ quid dicam Syre?

Sy. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.

Quin tu ociosus es ego illius sensum pulchrè calleo. Cum feruet maxime, tam placidum, quam ouem, reddo. Ct. quomodo?

Sy. Laudatier te audit libenter: facito te apud illū Deum:

Virtutes narro. Ct. meas? **Sy.** tuas: homini illico lacrymæ cadunt,

Quasi puero gaudio, hem tibi autem. Ct. quidnam est? **Sy.** LVPVS in fabula.

Ct. Pater adest? **Sy.** ipse est. **Ct.** Syre quid agimus? **Sy.** fuge modo intro, ego videro.

Ct. Si quid rogabit, nusquam tu me: audistin? **Sy.** potin' vt desinas?

ACTVS IIII. SCENA II.

**Trochaici quadrati catalectici vnus denarius
paucis Iambicis immixtis.**

Actus

ACTVS IIII. SCENA II.

DE MEA, CTFSIPHO, STRVS.

Næ homo sum infelix, primum fratrem nusquam inuenio gentium:

Præterea autem dum illum quæro, a villa mercenarium.

Vidi: is filium negat esse ruri: nec quid agam, scio.

Ct. Syre Sy. quid ais? Ct. men' quærit? Sy. verum. Cte. perij. Sy. quin tu animo bono es.

De. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis discernere.

Nisi me credo huic esse natum rei, ferendis miserij.

Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:

Primus porro obnuncio: ægre solus si quid fit fero,

Sy. Rideo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.

De. nunc redeo: si fortè frater redierit, viso. Cte. Syre.

Obsecro vide, ne ille huc profusus se irruat. Sy. etiam taces?

Ego cauebo. Ct. nunquam hercle ego hodie istud committam tibi:

Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam id tutissimum est.

Sy. Age. tamen ego hunc amouebo. De. sed eccum sceleratum Syrum.

Sy. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit potest.

Scire

ADELPHORVM

Scire equidem volo, quot mihi sint domini, quæ hæc
est miseria?

De. Quid ille gannit? quid volt? quid ais bone vir?
est frater domi?

Sy. Quid (malum) bone vir mihi narras? equidem
perij. De. quid tibi est?

Sy. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam
Psaltriam

Vsq; occidit. De. hem, quid narras? Sy. hem, vide, vt
discidit labrum.

De. Quamobrem? Sy. me impulsore hanc emptam
esse ait. De. non tu eum rus hinc modo.

Produxeris aiebas? Sy. factum. verum venit post insa-
niens:

Nihil pepercit, non puduisse verberare hominem
senem.

Quem ego modo puerum tantillum in manibus ge-
stavi meis?

D. Laudo Ctesipho patrissas: abi, virum te iudico.

Sy. Laudas? ne ille continebit posthac, si sapiet ma-
nus.

De Fortiter Sy. perquam, quia miseram mulierem,
& me seruolum,

Qui referire non audebam, vicit hui, perfortiter.

De. Non potuit melius: idem quod ego sensit, te esse
huic rei caput.

Sed esne frater intus? Sy. non est. De. vbi illum quæ-
ram, cogito.

Sy. Scio

ACTVS IIII. SCENA II.

445

Sy. Scio vbi sit, verum hodie nunquam monstrabo.

De. hem, quid ais? Sy. ita.

De. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. Sy. at nomen nescio

Illius hominis, sed locum noui vbi sit. De. dic ergo locum.

Sy. Nostin' porticum apud macellum hoc deorsum?

De. quid ni nouerim?

S. Præterito hac recta platea sursum: vbi eò veneris, Cluos deorsum vorsum est: hac te præcipitato: postea

Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.

De. Quò nam? Sy. illic, vbi etiam caprificus magna est: nostin'?

D. noui. Sy. hac pergito.

D. Id quidem angiportum non est peruium. S. verum hercle, vah

Censen' hominem me esse? erraui, in porticum rursum redi.

Sanè hac multo propius ibis, & minor est erratio.

Scin' Cratini huius ditis ædes? De. scio. Sy. vbi eas præterieris,

Ad sinistra hac recta platea: vbi ad Dianæ veneris, Ito ad dextram: prius quàm ad portam venias, apud ipsum lacum

Est pistrilla, & exaduersum fabrica: ibi est. D. quid ibi facit?

T

Sy.

ADELPHORVM

Sy. Lectulos in foco eligneis pedib. faciundos dedit;
Vbi potetis vos. De sanè benè: sed cesso ad eum
pergere?

Sy. I sanè ego te exercebo hodie, vt dignos es, sili-
cernium.

Æschinus odiose cessat: prandium corrumpitur:
Ctesipho autem in amore est totus, ego iam pro-
spiciam tibi:

Nam iam adibo, atq; vnumquicq; , quod quidem erit
bellissimum,

Paraſceue
ad catastro-

Carpam, & cyathos sorbillans paulatim hunc pro-
ducam diem.

phè, in qua
moderatio
ne est leni-

ACTVS IIII. SCENA III.

MITIO, HEGIO.

Quad Iamb. & Troch.

tate Mitio
nis omnes

EGO in hac re nihil reperio, quamobrem lauder
tantopere Hegio,

turba se-
dantur. Or

Meum officium facio: quod peccatum à nobis or-
ditur autè
tum est corrigo:

hic ab hu-
manissima

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero,
ita putant,

ratione of-
ficii, non

Sibi fieri iniuriam, vltro si quam fecere ipsi, expo-
stules,

deriuans
crimen in
alios, vt sic

Et vltro accusant: id quia non est à me factum, agis
gratias.

He. Ab minimè: nunquam te aliter, atq; es, in ani-
mum induxi meum,

let.

Sed

ACTVS IIII. SCENA III.

Sed queso , vt vnà mecum ad matrem virginis eas
Mitro,

Atq; istæ eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri,
Suspicionem hanc propter fratrem eius esse , & il-
lam Psaltriam.

Mi, Si ita æquom censes, aut si ita opus est facto ,
eamus. He. benè facis :

Nam & illi animum iam releuabis , quæ dolore , ac
miseria

Tabescit , Etuo officio fueris functus : sed si aliter
putas ,

Egomet narrabo , quæ mihi dixti. Mi. imò ego ibo,
He. benè facis :

OMNES, quibus res sunt minus secundæ , magis
sunt nescio quomodo Troc. cat.

Suspiciosi : ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter suam impotentiam , se semper credunt ne-
gligi.

Quapropter te , ipsum purgare ipsis eorum, placabi-
lius est,

Mi. Et rectè , & verum dicis. He. sequere me ergo
bac intrò. Mi. maxumè.

ACTVS IIII. SCENA III.

Iambici quadrati acat al. Senarius vnus, Scazon,
Trochaici quadrati acatalectici.

ADELPHORVM

ÆSCHINVS.

*Querela, in qua comme-
morat Æschinus, qd ipse propri-
um habeat in hoc fra-
tris negotio periculum,
& querit moderatus adolescens,
quomodo et periculo
medeatur.*

Discrutior animi, hoc cine de improviso mali
 mihi obijci (certè scio.
 Tantum, vt neq₃ quid me faciam, neq₃ quid agam
 Mēbra metu debilia sunt: animus timore obsupuit:
 Pectore consistere nihil consilij quit. vah, quomodo
 Me ex hac expediam turba tanta? nunc de me su-
 spicio
 Incidit neq₃ ea immeritò: Sostrata credit mihi me
 Psaltriam hanc
 Emisse: id anus mihi indicium fecit.
 Nam vt hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, vbi
 vidi, illico
 Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iámne partus
 asiet?
 Eóne obstetricem accersat: illa exclamat, abi, abi
 iam Æschine,
 Satis diu verba dedisti nobis: satis ad hunc tua fru-
 strata est fides;
 Hem, quid istuc obsecro inquam est? valeas, habeas
 illam quæ placet.
 Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,
 Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret pa-
 lām,
 Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod
 minime est opus

Vsq^{am}

ACTVS IIII. SCENA V.

Vsq̄quam efferrī: age mitto: fieri potis est, vt ne quā
exeat.

Ipsū id metuo vt credant: tot concurrunt verifi-
milia:

Egomet rapui: ipse egomet solui argentum: ad me
abducta est domum.

Hæc adeo mea culpa fateor fieri: non me hanc rem
patri,

Vt ut erat gesta, indicasse: exorasse vt eam duceret:

Cessatum vsq̄, huc esset: nunc porro Æschine exper-
giscere:

Nunc hoc primum est: ad illas ibo, vt purgem me:
accedam ad fores:

Perij, horresco semper, vbi pultare hæc occipio
miser.

Heus, heus Æschinus ego sum, aperite aliquis actum
ostium.

Prodit nescio quis, concedam huc.

Versus per-
ficitur pro-
xima scena

ACTVS IIII. SCENA V.

Iambici quadrati acatalectici & catalectici, Dime-
ter vnus, cæteri Trochaici quadrati, catale-
ctici Iambici Senarij.

MITIO, ÆSCHINVS.

ITa vt dixi Sostrata

Facite: ego Æschinum conueniam, vt quomodo
acta hæc sint, sciat. (Troch. tetr.

T 3

Sed

ADELPHORVM.

Casu, et Mi Sed quis ostium hoc pultauit? Æ. pater hercle est:
tionis hu- perij. Mi. Æschine.
manitate li Æ. Quid huic hic negoci est? Mi. tunc has pepulisti
beratur pe- fores?
riculo Æ- Tacet: cur non ludo hunc aliquantisper? melius est,
schinus. sed Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit cre-
primum fa dere.
cete ludit Nihil mihi respondes? Æ. non equidem istas, quod
Mitio, vt sciam.
extorque- (Ita prima pertinet ad versum præcedentem.)
at Æschino Mi. Itan: nam mirabar quid hic negoci esset tibi.
confessio- Erubuit: salua res est. Æ. dic sodes pater,
nem amo- Tibi verò quid istic est rei? nihil mihi quidem,
ris, ac plu- Amicus quidam me à foro abduxit modo
rimum gra Huc aduocatum sibi. Æ. quid? Mi ego dicam tibi.
tiæ addit Habitant hic quædam mulieres pauperculæ,
fabulæ, Æ- Vt opinor, has non nosse te, & certo scio:
schini er- Neg, enim diu huc commigrarunt. Æ. quid tum po-
ror. stea?

i. Virgo est cum matre. Æ. perge. Mi, hæc virgo
orba est patre;

Mic meus amicus illi genere est proximus;

Huic leges cogunt nubere hanc. Æ. perij. Mi. quid
est?

Æ. Nihil, rectè: perge. Mi. is venit, vt secum auehat:

Nam habitat Mileti. Æ. hem, virginem vt secum a-
uehat?

Mi.

ACTVS IIII. SCENA V.

148

Mi. Sic est. Æ. Miletum vsq; obsecro? Mi. ita. Æ. animo male est.

Quid ipsæ? quid aiunt? Mi. quid istas censes? nihil enim.

Commenta mater est, esse ex alio viro

Nescio quo puerum, neq; eum nominat:

Priorem esse illum, non oportere huic dari.

Æ. Ehò, nonne hæc iusta tibi videntur postea?

Mi. non. Æ. obsecro non? an illam hinc abducat pater?

M. Quidni illam abducat? Æ. factū à vob. duriter,

Immisericorditerq; atq; etiam, si est pater,

Dicendum magis aperte, illiberaliter.

Mi. Quamobrem? Æ. rogas me? quid illi tandem creditis

Fore animi misero, qui cum illa consuevit prius,

(Qui infelix haud scio an illam miserè nunc amat)

Cum hanc sibi videbit præsentem eripi,

Abduci ab oculis? facinus indignum pater.

Mi. Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?

Cui quando nupsit? autor his rebus quis est?

Cur duxit alienam? Æ. an sedere oportuit

Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc

Illinc veniret expectantem? hæc mi pater

Te dicere æquom fuit, & id defendere.

Mi. Ridiculè aduersumne illam causam dicerem,

Cui veneram aduocatus? sed quid ista Æschine.

ADELPHORVM

Troch. cat. Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus, quid est?
 quadrat. Quid lacrimas? Æ. pater obsecro, ausculta. Mi.
 Æschine, audiui omnia.

Vide œcono Et scio: nam te amo: quò magis quæ agis, curæ sunt
 miam: Pri- mibi.

us agnoscit Æ. Ita velim me promerentem ames, dum viuas mi
 culpã ado- pater,

lescens, po- Ut me hoc delictum admisisse in me, id mihi vebe-
 stea obiur- menter dolet,

gatio huma Et me tui pudet. Mi. credo hercle: nam ingenium no-
 nitatis ple- ui tuum

nissima, & Liberale: sed vereor ne indiligens nimium sis.

digna gra- In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?

uitate Mi- Virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tangere:

tions: Con- Iam id peccatum primum magnum, at humanum
 tinet enim tamen.

argumenta Fecere alij sæpè, item boni: at postquam id euenit,
 ab honesto cedo

sumpta, vi- Nunquid circumspexi? aut nunquid tute prospexi
 delictet à ci tibi (re,

uitate, in Quid fieret? quò fieret? si teipsum mihi puduit dice-

qua ciuita- Quò resciscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt
 te tandem, decem.

Et. Prodidisti te, atq; illam miseram, & gnatum, quod
 quidem in te fuit.

Quid credebas dormiēti hæc tibi confecturos Deos,
 Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum
 domum.

No-

ACTVS IIII. SCENA V.

49

Nolim caterarum rerum te socordem eodem modo.

Bono animo es, duces vxorem hanc. Æ. hem. Mi. bo-

no animo es, inquam. Æ. pater,

Obsecro num ludis tu nunc me? Mi. ego te? quamo-

brem? Æ. nescio.

Nisi, qui tam misere hoc esse cupio verum, eò vereor
magis.

Mi. Abi domum, ac Deos comprecare, vt vxorem
accersas: abi.

Æ. Quid? iamne vxorem? Mi. iam. Æ. iam? M. iam
quantum potes. Æ. Diu me pater

Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc ego
amo meos.

Mi. Quid? quam illam? Æ. æquè. M. perbenignè. Æ.
quid? vbi est Milesius?

Mi. Abijt, perijt, nauem ascendit: sed cur cessas? Æ.
abi pater:

Tu potius Deos comprecare: nam tibi eos certè scio
Quo vir melior multò es quam ego, obtemperatu-
ros magis.

Iam. quad.
acatalecti.
Epiphone-
ma.

Mi. Ego eo intrò, vt, quæ opus sunt, parentur: tu fac,
vt dixi, si sapis.

Iamb cata.

Æ. Quid hoc est negoci? hoc est patrem esse, aut
hoc est filium esse?

Scazon.

Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?

Hic non amandus? hiccine non gestatus in sinu est?

hem.

T 5

Ita-

ADELPHORVM

Itaq; adeò magnam mihi iniecit sua commoditate
curam,

Troc. cat. Ne fortè imprudens faciam, quod nolit, sciens ca-
uebo:

Sed cesso ire intrò, ne mora meis nuptijs egomet siẽ?

ACTVS IIII. SCE NA VI.

DE MEA.

Senarij.

DEfessus sum ambulando: vt Syre te cum tua
demonstratione magnus perdat Iupiter:

Faceta An- Perreptaui vsq; omne oppidũ: ad portam, ad lacum,
titheſis. op Quò non? neq; fabrica illic vlla erat, neq; fratrem
ponit enim homo

iam Demeæ Vidisse aiebat quisquam nunc verò domi

asperitatẽ Certum obsidere est, vsq; donec redierit.

ijs quæ su- ACTVS IIII. SCE NA VII.

pra huma- MITIO, DE MEA.

nissimè à Senarij.

Mitione fa Bo, illis dicam, nullam esse in nobis moram.

Et sunt, vt De. Sed eccum ipsum: te iam dudum quæro Mitio.

Mitio red- M. Quidnã? De. fero aliqua flagitia ad te ingentia

dat ratio- Boni illius adolescentis. Mi, ecce autem, De. noua

nem sui cõ- Capitalia. Mi. ohe, iam. De. ah, nescis, qui vir fiet. M

filij, ne in- scio,

dulgens po D. Ab stulte tu de Psaltria me somniq; agere.

tius, quam Hoc peccatum est in virginem ciuem. Mi. scio,

moderatus De. Eho, scis, & patere? Mi. quidni patiar? De. dic

videretur, mihi,

Non

Non clamas? non insanis? M. non. malim quidem.
De. Puer natus est. M. Dij bene vortant. De. virgo
nihil habet.

M. Audiui. D. & ducenda indotata? M. scilicet.
De. Quid nunc futurum est? M. id enim, quod res
ipsa fert:

Illinc huc transferetur virgo. De. ô Iuppiter,
Istocchine pacto oportet? M. quid faciam amplius?
D. Quid facias? si non ipsa re tibi istuc dolet,
Simulare certè est hominis. M. quin iam virginem
Despondi: res composita est: fiunt nuptiæ:
Dempsi metum omnem: hæc magis sunt hominis.

De cæterum,

Placet tibi factum Mitio? M. non, si queam
Mutare: nunc, cum non queo, æquo animo fero.
I T A V I T A est hominum, quasi cum ludas tesseris,
Si illud, quod maximè opus est iactu, non cadit:
Illud, quod cecidit fortè, id arte vt corrigos.

De. Corrector: nempe tua arte, viginti minæ
Pro Psaltria periére: quæ, quantum potest,
Aliquò abijcienda est, si non precio, ac gratis.

Mi. Neq; est, neq; illam sanè studeo vendere.

De. Quid igitur facies? M. domi erit. D. prò Diuùm
fidem,

Meretrix, mater familias erit vnà in domo?

M. Cur non? De. sanūmne te credis esse? M. equidem
arbitror,

De.

ADELPHORVM

De. Ita me Dij ament, vt video ego tuam ineptiam :
Facturum credo, vt habeas qui cum cantites.

Mi. Cur non? De. & noua nupta eadem hæc discet.

Mi. scilicet.

De. Tu inter eas restim ductans saltabis. Mi. probe :

Et tu nobiscum vnâ, si opus sit. De. hei mihi,

Non te hæc pudent? Mi. iam verò omitte Demea

Tuam istanc iracundiam, atq; ita vti decet,

Hilarem, ac lubentem fac te in nati nuptijs,

Ego hos conueniam, post huc redeo. D. ô Iuppiter.

Hancine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?

Vxor sine dote veniet: intus Psaltria est:

Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:

Senex delirans. ipsa, si capiat, salus,

Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACTVS V. SCENA I.

STRVS, DEMA. A.

Senarij.

Æ Depol Syrisce te curasti molliter,
Lauteq; munus administrasti tuum:

Abi: sed postquam intus sum omnium rerum satur,

Pro deambulare huc lubitum est. De. illud sis vide

Exemplum disciplinæ. S. ecce autem hic adest senex

Noster, quid fit? quid tu es tristis? De. obe scelus.

Sy. Obe, iam tu verba fundes hic sapientia?

De. Tun' si meus esses. Sy. dis quidem esses Demea,

Ac tuam rem constabilisses. D. exemplum omnibus

Cura-

ACTVS V. SCENA II.

Curarem vt esses. Sy. quamobrem? quid feci? De ro-
gas?

In ipsa turba, atq; in peccato maximo,
Quod vix sedatum satis est, potasti scelus,
Quasi re benè gesta. Sy. sanè mollem hùc exitum.

ACTVS V. SCENA II.

DROMO, SYRVS, DEMA.

Senarij.

HEus Syre, rogat te Ctēsiphō vt redeas. Sy. abi.
De. Quid Ctēsiphonem hic narrat? Sy. nihil.
De. eho carnifex;

Est Ctēsiphō intus? Sy. non est. D. cur hic nominat?
Sy. Est alius quidam parasitaster paruolus,
Nostin? De. iam scibo. Sy. quid ais? quò abis? De. mit-
te me.

Sy. Noli inquam. De. non manum abstines mastigia?
An tibi maus cerebrum dispergi hìc? Sy. abijt.

Ædepol comessatorem haud sanè commodum,
Præsertim Ctēsiphoni. quid ego nunc agam?

Nisi, dum hæ filescunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atq; edormiscam hoc villi. sic agam.

ACTVS V. SCENA III.

MITIO, DEMA.

Senarij.

PArata à nobis sunt, ita vt dixi, Sostrata
Vbi quis. quisnam à me pepulit tam grauter fo-
res?

De.

ADELPHORVM

Epitasis ne D. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem?
 gotij Ctesiphonis, in aut querar?
 O cœlum, ô terra, ô Maria Neptuni. Mi hem tibi,
 qua primû Resciuit omnem rem? id nunc clamat scilicet:
 expostulat Parate lites: succurrendum est. D. eccum adest
 Demea cû Communis corruptela nostrum liberum.
 Mitione, M. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.
 deinde Mi- De. Repressi, redij, mitto maledicta omnia:
 tio hone- Rem ipsam putemus. dictum inter nos hoc fuit,
 stas causas Ex te adeò est ortum, ne tu curares meum,
 suæ lenita- Neue ego tuum. responde. M. factum est non nego.
 tis recen- De. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
 set, ne te- Cur emis amicam Mitio? nûn qui minus
 merè indul Mihi idem ius equum est esse, quod mecum est tibi?
 gens vide- Quando egeo tuum non cura, ne cura meum.
 atur. Mi. Non æquom dicis, non, nam vetus verbum hoc
 quidem est,

COMMVNIA esse amicorum inter se omnia.

De. Facetè, nunc demum istæc nata oratio est.

Mi. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.

Principio, si it te mordet, sumtum filij

Quem faciunt, quæso facio, hæc tecum cogites.

Tu illos duos olim pro re tollebas tua,

Quòd satis putabas tua bona ambobus fore,

Et me tum vxorem credidisti scilicet

Ducturum, eandè illam rationem antiquam optime.

Conserua, quære, parce, quàm plurimum

ACTVS V. SCENA III.

Illis relinquo : gloriam tu istanc obtine :
 Mea quæ præter spem euenere , vtantur sine.
 De summa nil dedecet: quod hinc accesserit,
 Id de lucro putato esse. omnia hæc si voles
 In animo verè cogitare Demea.
 Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.
 De. Mittò rem, consuetudinem ipsorum. Mi. mane,
 Scio : istuc ibam, multa in homine Demea.
 Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit.
 DVO cum idem faciunt sæpe, vt possis dicere,
 Hoc licet impune facere huic, illi non licet :
 Non quòd dissimilis res sit, sed quòd is, qui facit :
 Quæ ego esse in illis video, vt confidam fore ita,
 Vt velumus, video eos sapere, intelligere, in loco
 Veteri, inter se amare , scire est liberum
 Ingenium, atq; animum , quouis illos tu die
 Reducas : at enim metuas, ne ab re sint tamen
 Omissiores paulò. ô nôster Demea,
 Ad omnia alia ætate sapimus rectius :
 Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus,
 Attentiores sumus ad rem omnes quàm sat est :
 Quod illos sat ætas acuet. De. ne nimium modò
 Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio,
 Et tuus iste animus æquos subuortat. Mi. tace,
 Non fiet, mitte iam istæc : da te hodie mihi :
 Exporrige frontem, De. scilicet, ita tempus fert,
 Faciundum est : cæterum rus cras cum filio

END

ADELPHORVM.

Cum prima luce ibo hinc. Mi. imò de nocte censeo :
 Hodie modo hilarem te face. De. & istam Psaltriam
 Vnà illuc mecum hinc abstraham. Mi. pugnaueris.
 Eo pacto prorsum illic alligaris filium.
 Modò facito, vt illam serues. De. ego istuc videro :
 Atq; illi fauillæ plena sumi ac pollinis,
 Coquendo sit faxo, & molendo : præter hæc
 Meridie ipso, faciam, vt stipulam colligat :
 Tam excoctam reddam, atq; atram, quam carbo est.
 Mi. placet,
 Nunc mihi videre sapere, atq; equidem filium,
 Tum etiam si nolit, cogas, vt cum illa vnà cubet.
 De. Derides? fortunatus, qui istoc animo sis :
 Ego sentio. Mi. ab pergisne? De. iam iam desino.
 Mi. I ergò intrò, &, cui rei est, ei rei hunc sumamus
 diem.

ACTVS V. SCENA IIII.

Trochaici quadrati acatalectici.

Varietas de
 lectat in fa

bulis. Ideo
 & Demea

singitur iã
 mutatus,

sed ita, vt
 sæpe natu-

ra recurrat

DEMEA.

Nvnquam ita quisquam benè subducta ratione
 ad vitam fuit,

Quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui,
 Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire credas, nescias,

Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
 Quod mihi nunc euenit : nam ego vitam duram,

quam vixi vsq; adhuc,

Pro-

Propè iam excursò spacio mitto: id quamobrem re-
ipsa reperi,

FACILITATE nihil homini esse melius, neq;
clementia.

Id esse verum, ex me, atq; ex fratre cuius facilè est
noscere,

Ille suam semper egit vitam in ocio, in conuiujs:
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnib.
Sibi vixit: si bi sumptum fecit: omnes benedicunt,
amant:

Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus,
tenax:

Duxi vxorem, quam ibi miseriam vidi? nati filij,
Alia cura: porro autem, dum studeo illis vt quàm
plurimum

Facerem, contriui in quærundo vitam, atq; ætatem
meam:

Nũc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero
Odiũ, ille alter sine labore patria potitur cõmoda:
Illũ amant, me fugit at: illi credunt consilia omnia:
Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus
sum:

Illum, vt viuat, optant, meam autem mortem expe-
ctant scilicet,

Ita eos meo labore educlos m̃axumo, hic fecit suos
Paulo sumptu, miseriam omnem ego capto, hic po-
titur gaudia,

ADELPHORVM

Age, age, nunc experiamur contra hæc quid ego
possem,

Blandè dicere, aut benignè facere, quando eò pro-
uocat.

Ego quoq; à meis me amari & magnipendi postulo.
Si id fit dando, atq; obsequendo, non posterioreis
feram.

Deerit, id mea minimè refert, qui sum natu maxu-
mus.

ACTVS V. SCENA V.

STRVS, DEMEA.

Senarij.

HEus Demea, rogat frater ne abeas longius:
De, Quis homo? ô Syre noster, salue, quid fit?
quid agitur?

Sy. Rectè. De. optumè est. iam nunc hæc tria primū
addidi

Præter naturam, ô noster, quid fit? quid agitur?

Seruom: haud illiberalem præbes te, & tibi

Lubens benè faxim. Sy. gratiam habeo. De. atqui
Syre

Hoc verum est, & ipsa re experiere propediem.

ACTVS V. SCENA VI.

GETA, DEMEA.

Senarij.

HEra, ego hinc ad hosprouisam, quàm mox
virginem

Accor-

ACTVS V. SCENA VII.

154

Accersant, sed eccum Demeam : saluos sies.

De. Ob, qui vocare ? Ge. Geta. De. Geta homineis
maximi

Precij esse te hodie, iudicauim animo meo.

Nam is mihi est profecto seruos spectatus satis,

Cui dominus curæ est, ita vt tibi sensi Geta :

Et tibi ob eam rem, si quid vsus venerit,

Lubens benè faxim. meditor esse affabilis,

Et benè procedit. G. bonus es, cum hæc existumas.

De. Paulatim plebem primulum facio meam.

ACTVS V. SCENA VII.

ÆSCHINVS, DEMEA, STRVS,

GETA.

Occidunt me quidem dū nimis sanctas nuptias
Student facere: in apparando consumunt di-
em.

De. Quid agitur Æschine? Æ. hem pater mi, tu hinc
eræ?

De. Tuus hercle vero & animo, & natura pater,
Qui te amat plus, quam hosce oculos: sed cur non
domum

Vxorem quæso accersis? Æ cupio: verum hoc mihi
Mora est, tibicina, & hymenæū qui canat. De. ehò,
Vin' tu huic seni auscultare? Æ quid? De. missa hæc
face,

Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas :

V 2

Atq;

ADELPHORVM

Atq; hanc in horto maceriam iube dirui,
Quantum potest, hanc transfer, vnam fac domum:
Traduce ad matrem, & familiam omnem ad vos.

Æ placet

Pater lepidissimè. De. euge, iam lepidus vocor.
Fratri ædes fiunt peruiæ: turbam domum
Adducet, sumptum admittet: multa: quid mea?
Ego lepidus in eo gratiam, iube nunc iam
Dinumeret illi Babylø viginti minas.
Syre, cessas ire, ac facere? Sy. quid ergo? De. diruè,
Tu illas, abi, & traduce. Ge. Dij tibi Demea
Benè faciant, cum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factum velle. De dignos arbitror,
Quid tu ais? Æ. sic opinor. De multò rectius est,
Quàm illam puerperam huc nunc duci per viam
Ægrotam. Æ. nihil enim vidi melius mi pater.
De. Sic soleo: sed eccum Mitio egreditur foras.

ACTVS V. SCENA VIII.

MITIO, DĒMEA, ÆSCHINVS.

SENARI I.

Ivbet frater? vbi is est? tūne iubes hoc Demea?
D. Ego verò iubeo, & in hac re, & alijs omnibus,
Quàm maxumè vnam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. Æ. ita quæso pater.
Mi. Haud aliter censeo. De. imò hercle ita nobis de-
cet,

Primum huius vxoris est mater, Mi. quid postea?
De.

ACTVS V. SCENA VIII.

De. Probat & modesta. Mi. ita aiunt. De. natu gran dior.

Mi. Scio. De parere iam diu hæc per annos non po- test:

Nec qui eam respiciat, quisquam est, sola est. Mi. quam hic rem agit?

De. Hanc te æquom est ducere, & te operam, vt fi- at, dare.

Mi. Me ducere autem? De. te. Mi. me? De. te inquã, Iamb. tetr. acatalect.

Mi. ineptis. De. si tu sis homo, Hic faciat. Æ. mi pater. M. quid tu autem huic asi- ne auscultas? De. nihil agis:

Fieri aliter non potest. M. deliras. Æ. sine te exo- rem mi pater.

Mi. Insanus? aufer. De. age, da veniam filio. Mi. sa- tin' sanus es,

Ego nouus maritus anno demum quinto & sexage- simo

Fiam, atq; anum decrepitam ducam? idne estis au- tores mihi?

Æ. Fac. promisi ego illis. Mi. promisti autem? de te Trochaic. largitor puer.

De. Age, quid, si quid te maius oret? Mi. quasi non hoc sit maximum.

De. Da veniam. Æ. ne grauare. De. fac, promitte. Mi. non omittis:

Æ. Non, nisi te exorem. Mi. vis est hæc quidem. De. Iamb. tetra age, prolixè Mitio. V 3 Mi.

ADELPHORVM

Mi. Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum atq;
alienum à vita mea

Videtur, si vos tantopere istuc voltis, fiat. Æ. bene
facis:

Meritò te amo De. verum, quid ego dicam? hoc
cum sit, quod volo.

Quid nunc, quod restat? Hægio hic est cognatus
proximus,

Affinis nobis, pauper, bene nos aliquid facere illi
debet.

Mi. Quid facere? De. agelli est hic sub vrbe paulu-
lum quod locitas foris:

Huic demus qui fruatur. Mi. paululum id autem?
D. si multum fiet,

Faciendum est, pro patre huic est, honus est, noster
est, rectè datur.

Pastremò non meum illud verbum facio, quod tu
Mitio

Bene & sapienter dixi dudum, vitium commune
omnium est,

Quòd nimium ad rem senectà attenti sumus, hanc
maculam nos decet

Effugere. dictum est verè, & re ipsa fieri

Oportet. Mi. quid istuc? dabitur quidem, quando
hic volt Æschine. Æ. mi pater.

D. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore &
animo M. gaudeo.

D. suo sibi hunc gladio iugulo.

Frae

ACTVS V. SCENA IX.

156

Fragmentum, Trochaici catalectici quadrati,
vltimus scazon.

STRVS, D E M E A, M I T I O,
Æ S C H I N V S.

FActum est, quod iusti Demea.

De. Frugi homo es, ego ædepol hodie mea quidem sententia

Iudico Syrum fieri esse æquom liberum. Mi. istunc liberum?

Quodnam ob factum? De. multa. Sy. ô noster Demea, ædepol vir bonus es:

Ego istos vobis vsq, à pueris curavi ambos sedulo, Docui, monui, benè præcepi semper, quæ potui, omnia.

De. Res apparet: & quidem porrò hæc, obsonare, cum fide

Scortum adducere, apparare de die conuiuium:

Non mediocris hominis hæc sunt officia. Sy. ô lepidum caput

De. Postremo hodie in Psaltria istac emunda hic adiutor fuit,

Hic curauit: prodesse æquom est: alij meliores erunt:

Deniq, hic volt fieri. Mi. vin tu hoc fieri? Æ cupio. Mi. siquidem

Tu vis, Syre, ehò, accede huc ad me, liber esto. Sy. bene facis.

V 4

Omni-

ADELPHORVM

Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea
Demea.

De. Gaudeo. Æ. & ego, Sy credo: vtinam hoc per-
petuum fiat gaudium,

Phrygiam vt vxorem meam vnà mecum videam li-
beram.

In quidem
fit elisio.

De. Optumam quidem mulierem. Sy. & quidem tuo
nepoti huius filio

Hodie primam mammam dedit hæc. De. hercle ve-
rò serio,

Siquidem prima dedit, haud dubium quin emitti
æquom fiet.

Mi. Ob eam rem? De. ob eam: postremò à me argen-
tum quanti est, sumito.

Sy. Dij tibi Demea omnes semper omnia optata af-
ferant.

Mi. Syre. processisti hodie pulchrè. De. siquidem por-
rò Mitio

Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululū
præ manu

Dederis, vnde vtatur: reddet tibi citò, Mi. istoc vi-
lius.

Æ. Frugi homo est. Sy. reddam hercle, da modò. Æ.
age pater - Mi post consulam.

De. Faciet. Sy. ô vir optumè. Æ. ô pater mi festiuif-
sime.

Mi. Quid istuc? quæ res tam repente mores muta-
uit tuos? Quod

Quod proluuium : quæ istæc subita est largitas? D. Riuius legit
dicam tibi : prolubiū vt

Vt id ostenderem, quod te isti facilem & festiuum προθυμια
putant, sit proptus

Id non fieri ex vera vita, neq; adeo ex æquo & bo- animus. Sed
no, Marcellus

Sed ex assentando, indulgendo & largiendo, Mitio legit prolu

Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita inuisa Æ- uium, quod
schinc est, est profusio

Quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino ob-
sequor :

Missæ facio, effundite, emite, facite, quod vobis lu-
bet.

Sed si id vultis potius, quæ vos propter adolescentiã

Minus videtis, magis impense cupitis, consulti tis pa-
rum,

Hæc reprehendere, & corrigere me, & obsecunda-
re in loco :

Ecce me, qui id faciam vobis. Æ. tibi pater permit-
timus :

Plus scis, quid opus factõ est, sed de fratre quid fiet?

De. sino,

Habeat : in istac finem faciat. Æ. istuc recte.

Plaudite.

Calliopius recensui.

V S

AR-

Argumentum Philippi Me-
lanthonis in Hecyram.

PROTASIS.

VXorem duxit Pamphilus, cū Bacchidis meretriculæ amore tantopere teneretur, vt duobus mensibus vxorem ne attingeret quidem. Postea per consuetudinem animus victus est, cæpit placere vxor. Porrò cum ipse peregrè abesset, illa domū redit ad matrem, atq; ibi parit mense septimo, postquam nupsisset Pamphilo. Eā rem celat, & affines & patrem anus. Vbi Pamphilus redit, comperit eam peperisse. Hic grauitè adeò commouetur, cum aliunde concepisse existimaret: Et cum per sese dolet res Pamphilo (amabat enim mulierculam) tum molestum est ab ea diuelli: neque enim honestum erat reducere. Periclitatur itaq; Pamphilus, quomodo honestè dimittat vxorem, nèue illius peccatū proderet. Hæc fabulæ Protasis est.

EPITASIS.

Instant pater & socer, inscij quid accidisset, vt domum reducat, præsertim cum nec socrus, nec mater, id quod senes falso suspecti fuerant, obstarent. Quanquam autem permoueri non posset Pamphilus, vt reduceret, tamen causam constantissimè dissimulat.

mulat. Itur eò , vt putent Bacchidis amore
deuinctum, ab vxore alieno animo esse.

CATASTROPHE.

Bacchis accersita, fidem facit, nihil sibi
cum Pamphilo rei esse. Hic aut prodendū
peccatum vxoris fuit, aut reducenda, ve-
rum casu periculum disentiur. Fortè enim
Philumenæ annulum socrus in digito Bac-
chidis conspexit, quem olim Pamphilus
stupraæ in tenebris Philumenæ detrahe-
rat. Is annulus testatur ex Pamphilo pue-
rum susceptum esse. Ita redit in gratiam
cum vxoribus senum concertatio, que mo-
net, sæpe errore & falsis suspicionibus fie-
ri, vt dissentiant coniuges. In primis autem
inignis est humanitas & fides Pamphili in
hac fabula.

Fabula interlocutores.

- | | |
|------------------------------|--------------------------|
| <i>Philotis meretrix,</i> | <i>Sofia seruus,</i> |
| <i>Syra anus,</i> | <i>Phidippus senex,</i> |
| <i>Laches senex,</i> | <i>Myrrhyna matrona,</i> |
| <i>Sostrata matrona,</i> | <i>Philumena vxor,</i> |
| <i>Pamphilus adolescens,</i> | <i>Bacchis meretrix.</i> |
| <i>Parmeno seruus.</i> | |

C. SVLPITII APOLLI-
naris Periocha in
Hecyram.

Vxo-

PERIOCHA.

VXorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtu-
lerat,

Eiusq; per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit,
Hanc mater vtero grauidam, ne id sciat socrus,
Ut ægram ad se transfert: reuenit Pamphilus:
Deprehendit: partum celat: vxorem tamen
Recipere non volt, pater incusat Bacchidis
Amorem, dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ forte agnoscit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

Acta ludis Megalēsis, Sex.
Iulio Cæsare, Cn. Cornelio Dolobel-
la, Aedilibus Curulibus, non placuit.
Iterum data Cn. Octauio, Tito Man-
lio Cofs. Luc. Aemiliū Pauli ludis fu-
nebris non est placita. Tertio rela-
ta Q. Fuluio, L. Marcio Aedilibus
Curulibus. Egit Ambuius
Turpio: placuit,

Pro-

Prologus.

HECYRA est huic nomen fabulae, haec cum
data est

Noua, nouum interuenit vitium, & calamitas,

Vt neq; spectari, neq; cognosci potuerit:

Ita populus studio stupidus in funambulo

Animū occuparat, nunc hercle plane est pro noua:

Et is qui scripsit hanc, ob eam rem noluit

Iterum referre, vt iterum possit vendere.

Alias cognostis eius: quæso hanc nunc noscite.

Orator ad vos venio ornatu prologi.

Sinite exorator sim, eodem vt iure vti senem

Liceat, quo iure sum vsus adolescentior,

Nouas qui exactas feci, vt inueterascerent,

Ne cum Poëta scriptura euanesceret.

In his, quas primum Cæcilij didici nouas,

Partim sum earum exactus, partim vix steti.

Quia sciebam dubiam fortunam esse Scenicam,

Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.

Easdem agere cœpi, vt ab eodem alias discerem

Nouas studiosè, ne illum ab studio abducerem.

Perfecti, vt spectarentur, vbi sunt cognitæ,

Placitæ sunt. Ita Poëtam restitui in locum,

Propè iam remotum iniuria aduersarium

Ab studio, atq; ab labore, atq; arte Musica.

Quòd si scripturam spreuissem in præsentia,

Propositio,
amplificata
à personæ
Prologi, re-
fero explo-
sas, ne Poë-
ta à scriben-
do deterre-
atur.

Et

PROLOGVS.

Et in deterrendo voluiffem operam fumere,
 Vt in ocio effet potius : quàm negocio,
 Deterruiffem facile, ne alias fcriberet.

Nũc quid petam, mea caufa æquo animo attendite.

Querela de Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Hecyra, an- Nunquam agere licitum eſt, ita eum oppreſſit ca-
 tea per tu- lamitas.

multũ non Eam calamitatem voſtra intelligentia
audita. Sedabit, ſi erit adiutrix noſtræ indiſtriæ:
 Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria;
 Funambuli eodem acceſſit expectatio,
 Comitum conuentus, ſtrepitus, clamor mulierum
 Fecere, vt ante tẽpus exirem foras.

Vetere in noua cœpi vti conſuetudine;
 In experiendo vt eſſem : refero denuo :

Primo actũ placeo: cum interea rumor venit,
 Datum iri gladiatores : populus conuolat,
 Tumultuantur, clamant, pugnant de loco :

Cõcluſo ex Ego interea meum non potui tutari locum,
oçcaſione. Nunc turba nulla eſt : ocium, & ſilentium eſt :
 Agendi tempus mihi datum eſt : vobis datur
 Potestas condecorandi ludos Scenicos.

Ab vtili. Nolite ſinere per vos artem Muſicam
 Recidere ad paucos : facite, vt voſtra autoritas
 Meæ autoritati fauirit, adiutrixq; ſit.

Ab honeſto Si nunquam auarẽ ſtatui precium arti meæ,
 Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,

Quam

Quàm maxumè seruire voſtris commodis :
 Sinite impetrare me qui in tutelam meam
 Studium ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem :
 Ne eum circumuentum iniquè iniqui irrideant.
 Mea cauſa cauſam hanc accipite, & date ſilentiũ,
 Vt lubeat ſcribere alijs, mihiq; vt diſcere
 Nouas expediat poſthac precio emptas meo,


ACTVS PRI-

MI SCENA

PRIMA.

PHILOTIS Meretrix, SYRA Anus.

Senarij.

	<p>Erpol quàm paucos reperias mere- tricibus Fideles euenire amatores Syra. Vel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi,</p>	<p>Terentius admodum honestas me retrices fin git, ideo ta- lus & hic pingitur.</p>
<p>Quàm ſanctè, vt quiuis facile poſſet credere, Nunquam illa viuã ducturum vxorem domum : En duxit. Sy. ergo propterea te ſedulò</p>	<p>Et</p>	

HECTRÆ

Et moneo & hortor, ne cuiusquam te misereat,
 Quin spoliis, mutiles, laceres, queng, nacta sis.
 Ph. Vtin' eximium neminem habeam? Sy. neminem.
 Nam nemo illorum quisquam, scito ad te venit,
 Quin ita pater sese, abs te vt blanditijs suis,
 Quam minimo precio suam voluptatem expleat.
 Hiscine tu amabo non contra insidiabere?
 Ph. Tamen pol eandem iniurium est, esse omnibus.
 Sy. Iniurium autem est vlciisci aduersarios?
 At qua via captent te illi, eadem illos capi?
 Eheu me miseram, cur non aut istæc mihi
 Ætas & forma est, aut tibi hæc sententia?

ACTVS I. SCENA II.

PARMENO, PHILOTIS, STRA.

Senarij.

Senex si quæret me, modò isse dicitò
 Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
 Audin' quid dicam, Scirte? si quæret me, vt i
 Tum dicas, si non quærat, nullus dixeris,
 Aliàs vt vt i possim causa hac integra.

Sed videon' ego Philotin? vnde hæc aduenit?

Philotis, salue multum. Ph. ô salue Parmeno.

Occasio
 colloquij. Sy. Salue mecastor Parmeno. Pa. & tu ædepol Syra.
 Dic vbi Philotis, te oblectasti, tam diu?

Proceleus
 sma. Ph. Minimè equidem me oblectaui, quæ cum milite
 Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
 Biena

ACTVS I. SCENA II.

161

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.

Pa. *Ædēpol* te desiderium Athenarum arbitror

Philotium cepisse sæpe, & te tuum

Consilium contempsisse. Ph non dici potest,

Quam cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,

Vosq; hic videndi, antiqua vt consuetudine

Agitare inter vos libere conuiuium:

Nam illi haud licebat, nisi præfinito loqui

Quæ illi placerent. Pa. haud opinor commode,

Finem statuisse orationi militem.

P. Sed quid hoc negoci est? modò quæ narrauit mihi

Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi

Fore, vt hac ille viua posset animum inducere

Vxorem habere. Pa. habere autem? Ph. eho tu, an nō

habet?

Pa. Habet, sed firmæ hæ vereor vt sint nuptiæ.

Ph. Ita Dii Deaq; faxint, si in rem est Bacchidis.

Sed qui istum credam ita esse? dic mihi *Parmeno*.

Pa. Non est opus prolato: hoc percontarier

Desiste. Ph. Nempe ea causa, vt ne id fiat palàm.

Facetissimè

Ita me Dii benè amabunt, haud propterea te rogo,

describit

Vt hoc proferam, sed vt tacita mecum gaudeam.

seruum fuè

Pa. Nunquam tam dices commode, vt tergum meum

tilem.

Tuam in fidem comittam. Ph. ah, noli *Parmeno*,

Quasi tu non multò malis narrare hoc mihi,

Quam ego quæ perconter scire. Pa. vera hæc prædi-

cat:

X

Es

H E C Y R Æ.

Et illud mihi vitium est maximum si mihi fidem
 Das tetacituras, dicam. Ph. ad ingenium redis,
 Fidem de loquere. Pa. ausculta. Ph. istic sum. Pa. hãr
 Bacchidem

Narratio, Amabat vt cum maximè, cum Pamphilus,
 quæ expo= Cum pater, vxorem vt ducat, orare occipit:
 nit argumẽ Et hæc, communia omnium quæ sunt patrum,
 tum & oc= Sese senem esse dicere illum autem esse vnicum
 casionẽ fa- Præsidium velle se senectuti suæ.
 bulæ, estq; ille primo se negare: sed postquam acrius
 mirifice or Pater instat. fecit animi vt incertus foret,
 nata & re= Pudori, an ne amori obsequeretur magis.
 ferta sensi= Tundendo, atq; odio deniq; effecit senex:
 bus & mi. Despondet ei gnatam huius vicini proximi.
 tioribus af= Vsq; illud visum est Pamphilo neutiquam graue;
 fectib; qui Donec iam in ipsis nuptys, postquam videt
 vocantur Paratas, nec moram vllam, quin ducat, dari:
 10x. Ibi demum ita ægre tulit, vt ipsam Bacchidem,
 Si adesset. credo ibi eius commiseresceret.
 Vbicunq; datum erat spacium solitudinis,
 Vt colloqui mecum vna posset: Parmeno
 Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
 Non potero hoc ferre Parmeno, perij miser.
 Ph. At te Di; deæq; perduint cum istoc odio, Laches.
 Pa. Vt ad pauca redeam, vxorem deducit domum.
 Nocte illa prima virginem non attigit:
 Que consecuta est nox, eam nihilo magis.

Ph Quid aũ? cum virgine vna' adolescens cubuerit?
Plus potus, se illa abstinere vt potuerit?

Non verisimile dicis: nec verum arbitror.

Pa. Credo ita videre tibi: nam nemo ad te venit.

Nisi cupiens tui: ille inuitus eam duxerat.

Ph. Quid deinde fit? Pa. diebus sanè pauculis

Post Pamphilus solum me seducit foras,

Narratq; vt virgo ab se integra etiam tum fiet:

Seq; an e' quàm eam vxorem duxisset domum.

Sperasse eas tollerare posse nuptias.

Sed quam decrerim me non posse diutius

Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,

Quin integram itidem reddam, vt accepi à suis,

Neq; honestum mihi, neq; vtile ipsi virgini est.

Ph Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.

Pa. Hoc ego proferre, incommodum esse mihi ar-
bitror?

Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitij,

Superbum est: sed illam spero, vbi hoc cognouerit,

Non posse se mecum esse, abiturum deniq;

Ph. Quid interea e' b'atne ad Bacchidem? Pa. quotidie

Sed, vt fit postquam hunc alienum ab sese videt,

Maligna muliò, & magis procax facta illico est.

Ph Non adepot mirum. Pa. atqui ea res multo ma-
xime.

Disiunxit illam ab illa postquam & ipse sese,

Et illam, & hanc quæ d'omi erat, cognouit satis;

Artificiosiss Ad exemplum ambarum mores earum existumansi
 sine finget Hæc, ita vti liberali esse ingenio decet,
 animū Pam Pudens, modesta, incommoda, atq; iniurias
 phili victū Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
 esse modera Hic animus partim vxoris misericordia.
 tione inge- Deuictus, partim victus huiusce iniurijs,
 ny ac mode Paulatim elapsus Bacchidi, atq; huic transtulit
 stia conu- Amorem, postquam par ingenium nactus est,
 gis. Interea in Imbro moritur cognatus senex.
 Horum, ea ad hos redibat lege hereditas.
 Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
 Reliquit cum matre hic vxorem: nam senex
 Rus abdidit se: huc raro in urbem comreat.
 Ph. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
 Pa. Nunc audies, primum dies compluculos
 Bene conueniebat sane inter eas, interim
 Miris modis odisse cœpit Sostratam;
 Neq; lites vllæ inter eas, postulatio
 Nunquam. Ph. quid igitur? Pa. si quando ad eam ac-
 cesserat
 Confabulatum fugere e' conspectu illico,
 Videre nolle: deniq; vbi non quit pati,
 Simulat se à matre accersi ad rem diuinam, abijt.
 Vbi illic dies est complures, accersi iubet,
 Dixere causam tunc nescio quam: iterum iubet:
 Nemo remisit, postquam accersunt sæpius,
 Ægram esse simulant mulierem, nostra illico

ACTVS II. SCENA I.

It visere, ad eam admisit nemo. hoc vbi senex

Resciuit, heri ea causa rure aduenit,

Patrem continuo aduenit Philumene.

Quid egerint inter se, nondum etiam scio:

Nisi sanè curæ est, quorsum euenturum hoc fiet.

Habes omnem rem: pergam quò cœpi hoc iter.

Ph. Et quidem ego: nam constitui cum quodam ho-
spite

Me esse illum conuenturam. Pa. Dij vortant benè,

Quòd agas Ph. vale. Pa. & tu benè vale Philotium.

ACTVS II. SCENA I.

Lamb quad. acatal. Trochaicus qua-
dratus catalecticis.

LACHÈS, SOSTRATA.

PRÒ Deum atq; hominum fidem, quod hoc genus Faceta que-
ritur: est, quæ hæc coniuratio? vela senis

Vt omnes mulieres eadem æquò studeant, nolintq; de mulierū
omnia? morosita-

Neg; declinatam quicquam ab aliarum ingenio vl- te: Et error
lam reperias: auget gra-

Itaq; adeò vno animo omnes socrus oderunt nuras, tiam.

Viris esse aduersas, æque studium est, similis pertina-
cia est.

In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad mali-
tiam: &

Et ludo, si vllus est, magistram hanc esse satis certè
scio.

- Senarij.** So. Me miseram, quæ nunc, quamobrem accuser, nescio. La hem,
- Lamb. tetr.** Tu nescis? So. non ita me Dij bene ament, mi Laches, Itaq; vna inter nos agere ætatē liceat. La, Dij mala prohibeant.
- So. Meq; abs te immeritò esse accusatam, postmodū rescisces. La scio,
- Te immeritò? an quicquam pro istis factis dignum te dici potest,
- Quæ me, & te, & familiam dedecoras, filio luctum paras:
- Tum autem, ex amicis inimici vt sint vobis affines, facis:
- Qui illum decrerunt dignum suos cui liberos committerent,
- Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.
- So. Egone? La. tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.
- Senarius.** An quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini? Quo quisq; pacto hic vitam vestrorum exigat? Multo melius, hic quæ fiunt, quam illic vbi sum assiduus, scio:
- Troc. quid. catalect.** Ideo quia, vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris
- Lampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam.

164
ACTVS I. SCENA II.

Minimeq; adeò mirum: & ni id fecisset, magis mirum foret.

Sed non credidi adeò, vt etiam totam hanc odisses domum:

Quod si scissem, illa hìc maneret potius, tu hinc isles foras.

At vide, quàm immeritò ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata.

Rus habitatum abij, concedens vobis, & rei seruientis:

Sumptus nostros, otiumq; vt nostra res posset pati, Meo labori haud parcens, præter æquom atq; etatè meam.

Non te pro his curasse rebus, ne quid ægrè esset mihi?

So. Non mea opera, neq; pol culpa euenit. La. imò maxime.

Sola hic fuisti. in te omnis hæret culpa sola Sostrata.

Quæ hic erant, curares, cum ego vos solui curis cæteris.

Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet? Illius dices culpa factum. So. haud equidem dico mihi Lacches.

La. Gaudeo (ita me Diij ament) gratia causa, nam de te quidem,

Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.

H E C T R Æ.

So. Quis scis, an ea causa, mi vir, me odisse asimula-
uerit,

Vt cum matre vnà plus esset? L. quid ais? non signi-
sat est,

Quòd heri nemo voluit visentem, ad eam te intrò
admittere?

So. Enim lassam oppido tum aiebant: eò ad eam non
admissa sum.

La. Tuos esse illi mores morbum magis, quàm vllam
aliam rem arbitror:

Et meredò a aeo: nam nostrarum nulla est, quin gna-
tum velit

Ducere vxorem: & quæ vobis placita est conditio
datur:

Vbi duxere impulsu vestro, vestro impulsu easdem
exigunt.

ACTVS II. SCENA II.

PHIDIPPVS, LACHES, SOSTRATA.

Iambici quadrati acatalectici.

Etsi scio Philumena meum ius esse, vt te cogam,
Quæ ego imperem, facere: ego tamen patrio a-
nimo victus faciam

Vt tibi concedam, neq; tuæ libidini aduersabor.

La. Atq; eccum Phidippum optumè video, hinc iam
scibo, quid fiet.

Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse appri-
mè obsequentem,

Sed

Sed non adeo, vt facilitas mea illorum corrumpat
animos,

Quòd si tu idem faceres, magis in rem & nostram
& vostram id esset.

Nunc video in illarum potestate esse te. Ph. eia verò

La. Adij te heri de filia: vt veni, itidem incertum a-
misti, Honestissi-
ma senis o-

Haud ita decet si perpetuam vis esse affinitatē hanc ratio de su

Celare te iras si quid est peccatum à vobis, profer: o officio,

Aut ea refellendo, aut purgando vobis, corrigemus, qui nurum

Te iudice ipso, sin ea est causa retinendi apud vos, remitti pe-

Quia erga est: te mihi iniuriam facere arbitror Phi tit.

dippe.

Si metuis satis vt meæ domi curetur diligenter,

At ita me Dy ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi
pater es,

Vt tu illam saluam magis velis, quàm ego: id adeo
gnati causa,

Quam ego intellexi illā haud minus, quàm seipsum
magnificare.

Neq; adeo me clam est, quàm esse cum grauiter latu-
rum credam,

Hoc si rescuerit, eò domum studeo hæc prius, quàm
ille huc redeat.

Ph. Laches, & diligentiam vostram, & benigniti-
tem

Noui, & quæ dicis, omnia esse vt dicis, animum iadu

HECTRÆ.

Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,

Si facere possim villo modo. La. quæ res te facere id prohibet?

Ebd, nunquid eam accusat virum? Ph. minime: nam postquam attendi.

Magis, & vi cœpi cogere ut rediret, sanctè adiurat Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare: Aliud fortasse alijs vitij est: ego sim animo leni natus:

Nô possum aduorsari meis. La hem Sostрата. So. hem me miseram.

La. Certumne est istuc? Ph: nunc quidem ut videtur sed nunquid vis?

Nam est quod me transire ad forum iam oportet. La. eo tecum vna.

ACTVS II. SCENA III.

Trochaic catalect. quad.

SOSTRATA.

Iusta querela mulieris.

A Depol næ nos sumus mulieres iniquè æquè omnes iniuste viris,

Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ ut videamur malo.

Nam (ita Dijs me ament) quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam.

Sed non facile est expurgatu: ita animus induxerunt, socrus

Omnes

ACTVS III. SCENA I.

Omneis esse iniquas, haud pol me quidem: nam nunquam secus.

Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, qui hoc mihi eueniat, scio:

Nisi pol filium multis modis iam expecto vt redeas domum.

ACTVS III. SCENA I.

Trochaici quadrati catalectici Iamb quad.

& catal & acatal senarij.

PAMPHILVS, PARMENO,

MTRRHINA.

NEmini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquam oblata,

Quam mihi, heu me infelicem, haec cunctae ego vitam parsi perdere?

Haccin causa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?

Cui quanto fuerat praestabilius, vbiuis gentium agere aetatem,

Quam huc redire? atq; haec ita esse miserum me resciscere? Iamb. cata

Nam nos omneis, quibus est alicunde aliquis obiectus Acatalect.
labos,

Omne quod est interea tempus, prius quam id rescitum est, lucro est.

P. At sic, citius qui te expediatis his aerumnis reperias Trocha.

Si non redisses, haec irae factae essent multo ampliores Iamb. catal
Sed

Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile scio re-
uerituras.

Rursum a
bundat. Rem cognosces: iram expedies: rursum in gratiam
restitues.

Leuia sunt, quæ tu pergrauia esse in animum indux-
ti tuum.

Querela Pa. Quid consolare me? an quisquam vsquam genti-
Pamphili, um est æquus miser?

Et delibera Prius quam hanc vxorem duxi, habebam alibi ani-
tio erga cõ mum amoris deditum:

iugem. Er iam in hac re vt taceam, cuius facile scitu, quam
ga matrē. fuerim miser:

Tamen nunquam ausis sum recusare eam, quam mihi
obtrudit pater.

Vix me illinc abstraxi, atq; impeditum ab ea expedi-
animum meum:

Vixq; huc contuleram, hęc noua res orta est, porro
ab hac quæ me abstrahat

Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa in-
uenturum arbitror:

Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porro
vt fiam miser?

Nā matris ferre iniurias me Parmeno, pietas iubet:
Tum vxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio
pertulit,

Itt meas iniurias, quæ nunquā in illo patefecit loco
Sed magnum nescio quid necesse est euenisse Parme-
no, Vnde

ACTVS III SCENA I.

Vnde ira inter eas intercessit, quæ iã permansit diu
Par. Haud quidem hercle parum est: si vis verò verã
rationem exequi,

Non maxumas, quæ maxumæ interdum sunt iræ, in-
iurias

Faciunt: nam sæpè est, quibus in rebus aliis ne ira-
tus quidem est,

Cum de eadem causa est iracundus factus inimicis-
simus.

Pueri inter sese quàm pro leuibus noxijs iras gerunt.
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus,
infirmum gerunt.

Itidem illæ mulieres sunt ferme, vt pueri, leui sen-
tentias.

Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc
conciuerit.

Pa Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia. Par.
hem, quid hoc est? Pam. tace.

Par. Trepidari sentio, cursari sorsum deorsum: age-
dum ad fores

Accede propius, hem, sensistine? Pam. noli fabula-
rier.

Prò Iuppiter, clamorem audio. Par. tute loqueris, me
vetas?

Myr. Tace obsecro mea gnata Pam. matris vox visa
est Philumenæ.

Nullus sum. Par. qui dum? Pam. quia perij. Par.
Quamã

HECTRÆ.

quamobrem? Pa nescio quod magnum malum
 Profecto Parmeno me cœlant. Par vxorem Philumē-
 nam.

Pauitare, nescio quid, dixerunt: id si fortè est, ne-
 scio.

Pam. Interij: cur mihi id non dixti? Par. quia non
 poteram vnâ omnia.

Pam. Quid morbi est? Par. nescio. Pam. Quid? nemô
 ne medicum adduxit? Par. nescio.

Pam. Cesso hinc ire intrò, vt hoc quamprimum, quic-
 quid est certum sciam?

Im. quad
 catalect.

Quonam modo Philumena mea nunc te offendam
 affectam?

Nam si periculum vllum in te est, perijse me vnâ
 haud dubium est.

Par. Non vsus factò est mihi nunc, hunc intrò sequi:
 Nam inuisos omneis nos esse illis sentio:

Heri nemo voluit Sostratam intrò admittere.

Si fortè morbus amplior factus fiet,

Quod sanè nolim, maxumè heri causa mei:

Seruom illico introisse dicent Sostratæ,

Aliquid tulisse comminiscuntur mali

Capiti, atq; etati illorum, morbus qui auctus fiet:

Hera in crimen veniet, ego verò in magnum malum.

ACTVS III. SCENA II.

Iambici quadrati acatalelici.

Sostra-

ACTVS III. SCENA II.

SOSTRATA, PARMENO.

PAMPHILVS.

Nescio quid iamdudum hic audio tumultuari
misera:

Malè metuo, ne Philumenæ magis morbus aggrauē-
scar:

Quod te Æsculapi, & te Salus, ne quid sit huius oro
Nunc ad eam visam. Par. heus Sostrata. So. hem Par.
iterum istinc excludere.

So. Ehem Parmeno, tūne hic eras? perij, quid faciam
misera?

Non visam vxorem Pamphili, cum in proxima hic
sit ægra?

Par. Nō visas nec mittas quidem visendi causa quen-
quam.

NAM QVI amat, cui odio ipse est, bis facere stul-
tè duco:

Laborem inanem ipse capit, & illi molestiā affert
Tum autem filius tuus introyt videre, vt venit, quid
agat.

So. Quid ais? an venit Pamphilus? Par. venit. So. Dijs
gratias habeo.

Hem, istoc verbo mihi animus redijt, & cura ex cor-
de excersit.

Pa. Iam ea de causa maxumè huc nūc introire nolo,

Nam si remittent quippiam Philumenam dolores,
Omncm rem narrabit, scio, continuo sola soli,

Quæ

Troch. cat.

Remittent

Philumenā

dolores

græcismus

est, & vicia

σιν & vicia

qui dere-

linquunt.

ACTVS III. SCENA III.

Quæ inter nos interuenit, vnde ortū est initiū iræ:
Atq; ecum video ipsum egredi: quàm tristis est. So. ð
mignate.

Pam. Mea mater, salue. So. gaudeo venisse saluum,
saluáne

Philumena est? Pa. meliuscula est. So. vtinam istuc
ita Dy faxint.

Quid tu igitur lachrymas? aut quid es tam tristis?
Pam. rectè mater.

So. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente
inuasit?

Pam. Ita factum est. So. quid morbi est? Pa. febris.
So. cotidiana? Pam. ita aiunt.

Isodes intro, consequar iam te mea mater. So. fiat.

Pam. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his one-
ra adiuta.

Par. Quid: non sciunt ipsi viam, domum quæ redeât?
Pam. cessas?

ACTVS III. SCENA III.

Troch. octo. catal. & senarij sex.

PAMPHILVS.

Honestissi- **N**Equo mearum rerum initium vilum inue-
ma querela nire idoneum, (cidunt,
et delibera Vnde exordiar narrare, quæ nec opinati ac-
tio Pamphi Partim quæ perspexi hisce oculis, partim quæ accepti
li de celan- auribus:
do partu. Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.

Nam

ACTVS III. SCENA III.

169

Nam modo intrò me, vt corripui timidus, alio suspi-
cans

Morbo me visurum affectam, ac sensi esse vxorem :
hei mihi,

Postquã me aspexêre ancillæ aduenisse ; illico omnes
simul

Letæ exclamant ; venit : id quod d'srepente aspexe-
rant.

Sed continuo voltum earum sensi immutari omnium
Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum
meum.

Vna illarum interea properè præcurrit, nunci-
ans

Me venisse : ego eius videndi cupidus, recta conse-
quor.

Postquam introij, extemplo eius morbum cognoui
miser.

Nam neq₃, vt celari posset, tempus spacium vllum
dabat :

Neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat con-
queri.

Postquam aspexi, ô facinus indignum inquam : &
corripui illico

Me inde, lacrumans : incredibili re, atq₃ atroci per-
citus.

Mater consequitur : iam vt limem exirem, ad genua
accidit,

T

Lacru-

H E C T R Æ

Lacrumans misera: miseritum est. profectò hoc sic
est vt puto,

OMNIBVS NOBIS, vt res dant sese, ita magni
atq; humiles sumus.

Hanc habere orationem mecum à principio institit:
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, cau-
sam vides:

Nam vitium est oblatum virgini olim, ab nescio quo
improbo.

Nunc huc confugit, te atq; alios partum vt celaret
suum.

Sed cum orata eius reminiscor, nequeo quin lacru-
mem miser.

Quæq; Fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie
obtulit,

Per eam te obsecramus, ambæ, si ius, si fas est, vti
Aduorsa eius per te tecta tacitaq; apud omnes sient:
Si nunquam erga te animo esse amico sensisti eam,
mi Pamphile,

Sine labore hanc gratiam, te, vti sibi des pro illa
nunc rogat:

Cæterum de reducenda id facias, quod in rem sit tu-
am,

Parturire eam, neq; grauidam esse ex te, solus con-
sciis.

Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam men-
sibus.

ACTVS III. SCENA III.

Tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic iam septimus :

Quod te scire, ipsa indicat res, nunc si potis est Pamphile,

Maxime volo dog's operam, ut clam partus eueniat patrem.

Atq; adeo omneis, sed si fieri id non potest, quin sentiant,

Dicam abortum esse, scio nemini aliter suspectum fore,

Quin, quod verisimile est, ex te rectè eum natum putent.

Continuò exponetur : hic tibi nihil est quicquam incommodi :

Et illi miseræ indignè factam iniuriam, contexeris. Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, quod dixi fidem.

Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror :

Nec faciam : & si me amor grauitè, consuetudoq; eius tenet.

Lacrimo, quæ posthac futura est vita, cum in mentem venit,

Solitudoq;. Ô FORTUNA, ut nunquam perpetuò es bona.

Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddit.

H E C T R Æ

Senarij.

Quem ego consilio missum feci, idem nunc huic operam dabo.

Adest Parmeno cum pueris : hunc minime est opus
In hac re adesse : eam olim soli credidi,
Ea abstinuisse, in principio, cum data est :
Vereor, si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat : aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

ACTVS III. SCENA IIII.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

Senarij & vnus quadratus.

Ablegantur
serui vt oc-
cultari par-
tus queat.

AIn tu tibi hoc incommodum euenisse iter ?
So. Non hercle verbis Parmeno dici potest
Tantum, quantum re ipsa nauigare incommodum est.

Alias: mit-
tam.

Par. Itane est ? So. o fortunate, nescis quid mali
Præterieris, qui nunquam es ingressus mare,
Nam alias vt omittam miserias, vnã hanc vide :
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Cum interea semper mortem expectabam miser :
Ita vsq; aduersa tempestate vsi sumus.

Par. Odiosum. So. haud clam me est: deniq; hercle au-
fugerim

Potius, quam redeam, si eò mihi redeundum sciam.

Par. Olim quidem te causæ impellebant leues,

Quod nunc minitare facere, vt faceres Sosia.

Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium :

Ite &

ACTVS III. SCENA IIII.

Ite intrò? ego hinc adibo, si quid me velit.

Here, etiam tu hic stas? Pam. equidem te expecto.

Pa. quid est?

Pam. In arcem transcursus opus est. Par. cui homini?

Pam. tibi.

Par. In arcem? quid eò? Pam. callidem idem hospitem

Myconium, qui mecum vnà aduectus est, conueni.

Par. Periy: nouisse hunc dicam, si saluos domum

Redisset vnquam, vt me ambulando rumperet.

Pam. Quid cessas? Par. quid vis nunciem, an conueniam modo?

Pam. Imò, quod constitui me hodie conuenturum eum,

Non posse, ne me frustra illic expectet: vola.

Pa. At non nōui hominis faciem. Pam. at faciam, vt noueris:

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesus.

Cadauerosa facies. Pa. Dy illum perduint.

Quid, si non veniet? mane amne vsq; ad vesperum?

Pam. Maneto: curre. Par. non queo: ita defessus sum.

Pam. Ille abiit, quid agam infelix? prorsus nescio

Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,

Suae gnatae partum: nam me miseret mulieris.

Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam:

Nam me parenti potius, quàm amori, obsequi

H E C T R Æ

Ⓞportet. at at eccum Phidippum, & patrem
Video: horsum pergunt. quid dicam hisce, incertus
sum.

ACTVS III. SCENA V.

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

Trochaici octonarij catalectici & senarij

Iambici.

DIxtin' dudum, dixisse illam se expectare fili-
um?
Ph. Factum. La. venisse aiunt: redeat. Pam. quam cau-
sam dicam patri,
Quamobrem non reducam, nescio. La. quem ego hic
audiui loqui?
Pam. Certum obfirmare est viam me, quam decreui
persequi.
La. Ipsus est, de quo hoc agebam tecum. Pam. salue mi
pater.
La. Gnate mi, salue. Ph. benefactum te aduenisse Pam-
phile,
Atque adeo, quod maximum est, saluum atque validum,
Pam. creditur.
La. Auenis modo? Pam. admodum. La. cedo, quid re-
liquit Phania
Consobrinus noster? Pam. sane hercle homo volu-
ptati obsequens
Fuit dum vixit: & qui sic sunt, haud multum haere-
dem iuuant.

sibi

ACTVS III. SCENA V.

172

Sibi verò hanc laudem reliquit : vixit , dum vixit ,
benè.

La. Tum tu igitur nihil attulisti huc plus vna senten-
tia?

Pam. Quicquid id est, quod reliquit, profuit. La. imò
obfuit :

Nam illum viuom & saluom vellem. Ph. impunè o-
ptare istuc licet.

Ille reuiuiscet iam nunquam: & tamen vtrum malis
scio.

La. Heri Philumenam ad se accersi hic iussit: dic ius-
sisse te.

Ph. Noli fodere: iussi. La. sed etiam iam remittet. Ph.
scilicet.

Pam. Omnem rem scio, vt sit gesta: adueniens audiui
omnia.

La. At istos inuidos Dij perdant , qui hæc lubenter
nunciant.

Pa. Ego me scio cauisse, ne vlla merito contumelia
Fieri à vobis posset , idq; si nunc memorare hic ve-
lim,

Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi
fui,

Verè possim, ni te ex ipsa id magis vellem resciscere :
Namq; eo pacto maxume apud te meo erit ingenio
fides,

Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me di-
xerit.

H E C T R Æ

Neq; culpa hoc disidium euenisse mea, id testor deos
 Sed quando esse indignam sese deputat matri meæ,
 Cui concedat, cuiusq; mores, tolleret sua modestia,
 Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia:
 Segreganda aut mater à me est Phidippe, aut Philu-
 mena.

Nunc me pietas matris potius commodum suadet se-
 qui.

La. Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi ac-
 cessit tuus.

Cum te postputasse omnes res præ parente intelligo,
 Verū vide, ne impulsus ira, præuè instas Pamphile.

Pam. Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim?
 (Senari.

Quæ nunquam quicquam erga me commerita est
 pater,

Quod nollem, & sæpe meritam quod vellem scio:
 Amoq; & laudo, & vehementer desidero:

Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum:
 Illiq; exopto, vt reliquam vitam exigat

Cum eo viro, me qui sit fortunatior:

Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.

Ph. Tibi id in manu est, ne fiat. La. si sanus sies,

Iube illam redire. Pam. non est consilium pater:

Matris seruibo commodis. La. quò abis? mane,

Mane inquam: quo abis? Ph. quæ est hæc pertinacia?

La. Dixine Phidippe hanc rem ægrè laturum esse
 eum?

Quam-

ACTVS IIII. SCENA I.

173

Quamobrem te orabam, vt filiam remitteres.

Ph. Non credidi ædepol adeo in humanum fore.

Ita nunc is sibi me supplicaturum putat ?

Si est, vt velit reducere vxorem, licet :

Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.

La. Ecce autem, tu quoq, proteruè iracundus es.

Ph. Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

La. Decet iam ira hæc : etsi meritò iratus est.

Ph. Quia paululum vobis accessit pecuniæ,

Sublati animi sunt. I. a. etiam mecum litigas ?

Ph. Deliberet, renuncietaq, hodie mihi,

Velitne, an non, vt alij si huic non sit, fiet.

La. Phidippe, ades, audi paucis, abiit : quid mea ?

Postremo inter se transigant ipsi, vt libet :

Quando nec gnatus, neq, hic mihi quicquam obtemperant.

Quæ dico, parui pendunt, porto hoc iurgium ad

Vxorem : cuius hæc sunt consilio omnia :

Vtq, in eam hoc omne, quod mihi ægrè est, euomam.

ACTVS IIII. SCENA I.

Trochaici & Iambici octonarij catalectici
& acatalectici mixti.

M T R R H I N A, P H I D I P P V S.

Perij, quid agam ? quò me vortam ? quid meo viro respondebo

T S

Mise-

HECTRÆ

Misera? nam audisse vocem pueri visus est vagientis:

Ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam:

Dimet. iam Quod si rescierit peperisse eam,

Troch. cat. Id qua causa clam me habuisse dicam, non ædepol scio.

Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.

Ph. Vxor vbi me filiam adire sensit, se duxit foras:

Atq; ecclam video, quid agis Myrrhina? heus tibi dico. Myr. mibine mi vir?

Iamb. cata. Ph. Vir ego tuus sum? tu vitum me, aut hominem deputas adeo esse?

Troch. cat. Nam si vtrumuis horum, mulier, nunquam tibi visus forem,

Iamb. cata. Non sic ludibrio tuis factus habitus essem. My. quibus? Ph. at rogitas?

Peperit filia? hem, taces? ex quo? Myr. istuc patrem rogare est æquom?

Acatalect. Perij: ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum obsecro?

Acat. troch. Ph. Credo: neq; adeo arbitrari patris est aliter, sed demirror,

Iamb. cata. Quid sit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare volueritis

Partum, præsertim cum & rectè, & tempore suo pepererit.

Adeone

ACTVS III. SCENA I.

174

<p>Aedone peruicaci esse animo, vt puerum praeoptares perire.</p> <p>Ex quo firmiorem inter vos fore amicitiam posthac scires,</p> <p>Potius, quam aduersum animi tui libidinem esset cum illo nupta?</p> <p>Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quae te est penes.</p> <p>Myr. Misera sum. Ph vtinam sciam ita esse istuc. sed nunc mihi in mentem venit,</p> <p>De hac re quod locuta est olim, cum illum generum cepimus:</p> <p>Nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris</p> <p>Myr. Quamuis causam hanc suspicari, quem ipsam veram, mauolo.</p> <p>Ph Multo prius sciui, quam tu, illum habere amicam Myrrhina:</p> <p>Verum id vitium nunquam decreui esse ego adole- Nam id omnibus innatum est. at pol iam aderit, se quoque etiam cum oderit.</p> <p>Sed vt olim te offendisti eandem esse, nihil cessasti vsque adhuc,</p> <p>Vt filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egissem, es- set ratum,</p> <p>Id nunc res in iudicium haec facit, quo pacto factum vo- lueris.</p>	<p>Epitasis fit multo etiam asperior, postquam re- sciscunt se- nes, natum esse puerum: Hic vero dant opera, ne dirima- tur coniugi- um, & ne- sciunt hanc ipsam esse offensionum causam, quod mulieres & (sententia: Pamphilus suspiciantur puerum ex alio conce- ptum esse.</p> <p>Tro. cat. Myr.</p>
--	---

H E C T R Æ

Myr. Adeon' me esse peruicacem censes, cui mater
siem,

Vt eo essem animo, si ex vsu esset nostro hoc matri-
monium?

Ph. Túne prospicere, aut indicare, nostram in rem
quod sit, potes?

Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum
postea,

Si modestè ac rarò hoc fecit? nonne ea dissimulare
nos

Magis humanum est, quàm dare operam id scire, qui
nos oderit?

Nam si is posset ab ea sese derepente auellere,
Qui cum tot consuesset annos, non eum hominem du-
cerem,

Nec virum satis firmum gnatæ. Myr. mitte adoles-
centem obsecro,

Et quæ me peccasse ais: abi, solum solus conueni:
Roga, velitné, an non vxorem, si est, vt dicat velle se,
Redde: sin est autem, vt nolit, rectè consului meæ.

Ph. Siquidem ille ipse non vult, & tu sensisti esse in eo,
Myrrhina

Peccatum: aderam, cuius consilio fuerat ea par pro-
spici.

Quamobrem incendor ira, esse ausum facere hæc in
iussu meo.

ACTVS III. SCENAI.

175

Interdico, ne extulisse extra ædeis puerum vsquam
velis.

Sed ego stultior, meis dictis parère hanc qui postu-
lem.

Ibo intrò, atq; edicam seruis, ne quoquam efferri si-
nant. (Iamb. acat.)

Myr. Nullam pol credo mulierem me miseriorem vi-
uere:

Nam vt hic laturus hoc sit, si ipsam rem, vt fiet, re-
sciuerit,

Non ædepol clam me est, cum hoc, quod leuius est,
tam animo iracundo tulit:

Nec, qua via, sententia eius possit mutari, scio.

Hoc mihi vnum ex plurimis miseris reliquum fuerat
malum;

Si, puerum, vt tollat, cogit, cuius nos qui sit nescimus
pater:

Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris
nosci non quita est:

Neq; detractum ei tum quicquam est, qui post posset
noscer, qui fiet:

Ipsè eripuit vi, in digito quem habuit, virgine abiens
annulum:

Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra nequeat
diutius.

Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

Actus

HECTRÆ

ACTVS IIII. SCENA II.
SOSTRATA, PAMPHILVS.

Iambici quadrati acatalectici.

Egregium
exemplum
moderatio-
nis in matre
quæ pollice
tur se cessu-
ram esse
murui.

Non clam me est, gnate mi, tibi me esse susse-
ctam, vxorem tuam.
Propter meos mores hinc abisse: etsi ea dissimulas se-
dulo:
Verum ita me Dij ament, itaq; obtingant ex te quæ
exopto mihi,
Vt nunquam sciens commerui, meritò vt caperet o-
dium illam mei:
Teq; ante quàm me amare rebar; ei rei firmasti fi-
dem:
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pa-
cto me habueris
Præpositam amoris tuo: nunc tibi me certum est con-
tra gratiam
Referre, vt apud me præmium esse positum pietatis
scias,
Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodum fa-
mæ arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me esse, certò decre-
ui patre,
Ne mea præsentia obstet, neu causa vlla restet reli-
qua,
Quin tua Philumena ad te redeat. Pam. quæso quid
istuc consili est?

Illius

ACTVS IIII. SCENA II.

176

Illius stultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum mi-
gres?

Haud facies: neq; sinam, vt qui nobis mater maledi-
ctum velit,

Mea pertinacia dicat esse factū, haud tua modestia.
Tum tuas amicas te, & cognatas deserere, & festos
dies,

Mea causa, nolo. So. nihil pol iam istæ res mihi vo-
luptatis ferunt:

Dum ætas, tempus tulit, perfuncta satis sum: satiâs
me iam tenet

Studiorum istorum: hæc mihi nunc cura est maxu-
ma, vt ne cui meæ

Longinquitas ætatis obstet, mortem iue expectet me-
am.

Hic video me esse inuisam immeritò: tempus est con-
cedere:

Sic optume, vt opinor, omneis causas præcidam
omnibus.

Et me hac suspitione exoluam, & illis morem gesse-
ro.

Sine me obsecro hoc effugere, vulgus quod malè au-
dit mulierum.

Pam. Quàm fortunatus cæteris sum rebus, absq; vna
hæc foret,

Hanc matrem habens talem, illam autem vxorem.
So. obsecro nai Pamphile,

Non

H E C T R Æ

Non tute incommodam rem, vt quæq; est, in animum inducas pati.

Si cætera sunt ita, vt tu vis, itaq; vt esse ego illa existumo,

Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam. Pam. væ misero mihi.

So. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me male habet, quàm te gnate mi.

ACTVS IIII. SCENA III.

LACHES, SOSTRATA,

PAMPHILVS.

Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi vxor:

Istuc est sapere, qui vbicunq; opus sit, animum possis flectere,

Quod faciundum sit post fortasse, idem hoc nunc si feceris.

So. Fors fua pol. La. abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.

So. Spero æcastor. La. i ergo intrò & compone, quæ simul tecum

Senarius. Ferantur: dixi. So. ita vt iubes faciam. Pa. pater:

Iamb. catal La. Quid vis Pamphile? Pam. hinc abire matrem? minime. La. Quid ita istuc vis?

Pam. Quia de vxore incertus sum etiam, quid sim facturus. La. quid est?

Troc. cat. Quid vis facere, nisi reducere? P. equidem cupio, & vix contineo: Sed

ACTVS IIII. SCENA IIII.

174

Sed non minuam meum consilium, ex vsu quod est, id persequar: Mixtus
troch. cum

Credo ea gratia concordes magis si non reducā, fore
La. Nescias: verum tua refert nihil, vtrum illæ fe-
cerint, Iamb. cata.

Quando hæc abierit, odiosa hæc est ætas adoles-
centulis: Troch. cat.

E medio æquom excedere est: postremò iam nos fa-
bulæ Iamb. acat

Sumus Pamphile senex atq; anus. (mus. Dime. iam.
Sed video Phidippum per tempus egredi: acceda- Iamb. cata:

ACTVS IIII. SCENA IIII.

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

Tibi quoq; ædepol sum iratus Philumena Senarij.
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum
est turpiter:

Et, si tibi causa est de hac re: mater te impulit:

Huic verò nulla est. La. oportune te mihi

Phidippe in ipso tempore ostendis. Ph. quid est?

P. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam?

La. Dic filiæ rus concessuram hinc Sestratam:

Ne reuereatur minus iam quò redeat domum. Ph. ab

Nullam de his rebus culpā commeruit tua:

A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia:

Mutatio fit. ea nos perturbat Laches.

Pa. Dum ne reducā turbent porro, quàm velint.

Ph. Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest.

Z

Affinit

HECTRÆ.

Affinitatem hanc sanè perpetuam volo:
 Sin est, vt aliter fiet tua sententia,
 Accipias puerum, Pam, sensit peperisse: occidi.
 L. Puerum? quem puerum? Pa. natus est nobis nepos:
 Nam abducta à nobis prægnans fuerat filia,
 Nec fuisse prænantē vnquam ante hunc sciui diem
 La. Benè, ita me Dijs ament, nuncias: & gaudeo
 Natum illum, & tibi illam saluã: sed quid mulieris
 Vxorem habes: aut quibus moratam moribus?
 Nosnè hoc celatos tam diu? nequeo satis,
 Quàm hoc mihi videtur factum prauè proloqui.
 P. Nò tibi illud factū minus placet, quã mihi Laches
 Pa. Eisi iam dudum fuerat ambiguum hoc mihi,
 Nunc non est, cū eam iam consequitur alienus puer:
 La. Nulla tibi Pamphile hìc iam consolatio est.
 Pa. Perij La hunc videre sæpè optabamus diem,
 Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:
 Euenit: habeo gratiam Dijs. Pa. nullus sum.
 La. Reduc vxorem, ac noli aduorsari mihi.
 Pa. Pater, si illa ex me liberos vellet sibi,
 Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
 Non me clam haberet, quæ celasse intelligo.
 Nunc cum eius alienum à me esse animum sentiam,
 Nec conuenturum inter nos posthac arbitrer:
 Quamobrem reducam? La. mater quod sua sit sua,
 Adolescens mulier fecit: mirandūne id est?
 Censen' te posse reperire vllam mulierem,

ACTVS III. SCENA III.

Quæ careat culpa? an quia non delinquent viri?

Ph Vosmet videte iam Laches, & tu Pamphile,

Remissam opus sit vobis, an reductam domum?

Vxor quid faciat, in manu non est mea:

Neutra in re nobis difficultas à me erit

Sed quid faciemus puero? La. ridiculè, rogas?

Quicquid futurum est, huic reddas suum scilicet,

Vt alamus nosirum Pa quem ipsa neglexit, pater,

Ego alam? L. quid dixit? ehò, an nò alemus Pamphile

Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?

Enimuero prorsus iam tacere non queo.

Nam cogis ea quæ nolo vt præsentè hoc loquar.

Ignarum censes tuarum lachrumarum esse me?

Aut quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum?

Primum vbi hanc dixisti causam te propter tuam

Matrem non posse habere hanc vxorem domi,

Pollicita est ea se concessuram ex ædibus, (des,

Nunc postquam adeptã hanc quoq; tibi causam vi-

Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.

Erras, tui animi si me esse ignarum putas:

Aliquando tandem huc animum vt adducas tuum,

Quam longum spacium amandi amicam tibi dedi?

Sumptus quos fecisti in eam, quã animo æquo tuli?

Egi, atq; oravi tecum, vxorem vt duceres:

Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo.

Quæ tum obsecutus mihi fecisti vt decuerat.

Nunc animum rursus ad meretricem induxisti tuum

Alia trans-

latio, cau-

sa postre-

ma, cur

Pamphilus

nolit redu-

cere vxorẽ

confertur

in amorem

Bacchidis.

Estq; Rhe-

toricè or-

nata expo-

stulatio p̄s

tris.

Cui tu obsecutus facis huic adeo iniuriam.
 Nam in eandem vitam te reuolutum denuo
 Video esse Pa mēne L. teipsum & facis iniuriam,
 Cum fingis falsas causas ad discordiam,
 Ut cum illa viuas, testem hanc cum abs te amoueris:
 Sensisq; adeo vxor. nam ei causa alia quæ fuit,
 Quamobrem abs te abiret? Ph plane hic diuinat :
 nam id est.

Pa. Dabo iusiurandum nihil esse istorum tibi. L. ah;
 Reduc vxorem: aut quamobrem non opus sit cedo.
 Pam. Non est nunc tempus. L. puerum accipias: nam
 is quidem

In culpa non est, post de matre videro.
 Pa. Omnibus modis miser sum, nec quid agam scio:
 Tot nunc me rebus miserum concludit pater:
 Abibo hinc. præsens quando promoues parum.
 Nam puerum iniussu crede non tollent meo,
 Præsertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus.
 La. Fugis? hem nec quicquam certi respondes mihi?
 Num tibi videtur esse apud sese? sine:
 Puerum Phidippe mihi cedo. ego alam? Ph. maxime.
 Non mirum fecit vxor mea si hoc ægrè tulit:
 Amarae mulieres sunt, non facile hæc ferunt,
 Propterea hæc ira est. nam ipsa narrauit mihi:
 Id ego hoc præsentē tibi nolebam dicere:
 Neq; illi credebam primo nunc verò palam est.
 Nam omnino abhorrere animum huic video à nu-
 ptys. La. Quis

ACTVS V. SCENA I.

La. Quid ergo agam Phidippe? quid das consilij?

Ph. Quid agas? meretricem hanc primum ad undem censeo:

Oremus: accusemus grauius deniq;
Mitemur si cum illo habuerit rem postea.

La. Faciam, vt mones. ehò puer, curre ad Bacchidem hanc

Vicinam nostram: huc euoca verbis meis.

Et te oro porro in hac re adiutor sis mihi. Ph. ab

Iamdudum dixi, nunc dico Lache,

Manere affinitatem hanc inter nos volo,

Si villo modo est, vt possit, quod spero fore:

Sed visné adesse me vna dum istum conuenis?

La. Imò verò abi aliquam puero nutricem para.

ACTVS V. SCENA I.

Iambici quadrati catalectici & acatalectici.

Trochaici catalectici mixti.

BACCHIS, LACHES.

Non hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conuentam esse expetit:

Nec pol me multum fallit, quin hoc suspicor, sit quod velit.

La. Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam possem:

Aut ne quid faciam plus, quod me post minus fecisse satius sit.

Aggre diar. Bacchis, salue.

23

Ba. Salue

HECTRÆ.

Ba. Salve Laches. La. credo ædepal te nonnihil mi-
rari Bacchis,

Quid sit, quapropter te huc fores puerum euocare
iusti.

Ba. Ego pol quod, etiam timida sum, cum venit mi-
hi in mentem, quæ

Modestia

meretricis. Sim, ne nomen mihi quæstus obstet: nam mores fa-
cile tutor.

Alijs, meo

quæstui.

La. Si vera dicis, nihil tibi est à me periculi mulier:
Nam iam ætate ea sum, ut non fiet peccato mihi ig-
noscere æquom:

Quo magis omneis res cautius, ne temerè faciam ac-
Nam si id nunc facis, facturæ es, bonas (curo,
quod par est facere:

Inscitum offerre iniuriam tibi me immerenti, ini-
quom est.

Ba. Est magna æcastor gratia, de istac re quam tibi
habeam.

Nam qui post factam iniuriam se expurget, parum
mibi profit.

Sed quid istuc est? La. meum receptas filium ad te
Pamphilum. Ba. ah.

Troch. cat.

La. Sine dicam: vxorem prius quam hanc duxit, vo-
strum amorem pertuli:

Mane, mane, nondum etiam dixi id, quod volui, hic
nunc vxorem habet.

Quare alium tibi firmiorem amicum, dum tempus
consulendi est.

Nam

ACTVS V. SCENA I.

180

Nam neq₃ ille hoc animo erit ætatem, neq₃ pol tu
eadem istac ætate. Ætatē pro
aduerbio
positū est
videlicet
pro deina
ceps seu
diu.

Ba. Quis id ait? La. socrus. Ba. mēne? L. teipsam &
filiam abduxit suam: &

Puerumq₃ ob eam rem clam voluit, natus qui est, ex
tinguere. pro deina
ceps seu
diu.

Ba. Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos pos-
sem fidem.

Sanctius quam iusiurandū id pollicerer tibi Laches,
Me segregatum habuisse, vxorem vt duxit, à me
Pamphilum:

La. Lepida es: sed scin', quid volo potius sodes faci- Iamb. cata
as? Ba. quid vis? cedo.

La. Eas ad mulieres huc intrò, atq₃ istuc iusiuran- Troch. cat.
dum idem

Polliceare illis: exple animum his, teq₃ hoc crimine
expedi

Ba. faciam: quod pol si esset alia ex hoc quæstu, Bacchis &
se & Pam-
philum ex-
cusat.
hàud faceret, scio

Vt de tali causa nuptæ mulieri se ostenderet

Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum?

Nec leuiorē vobis, quib. est minimè æquom viderier

Immeritò: nam meritus de me est, quod queam, illi
vt commodem.

La. Facilem, beneuolumq₃ lingua tua iam tibi me
reddidit:

Nam, non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoq₃ hoc eti-
am credidi, Z 4
Nus.

HECTRÆ.

Nunc, cum ego te esse præter nostram opinionem
comperi,

Iamb. tetra
catalecti.

Fac eadē ut sis porro nostra utere amicitia, ut voles
Aliter si facis sed reprimam me, ne ægrè quicquam
ex me audias.

Verum te hoc moneo vnum, qualis sim amicus, ut
quid possiem.

Potius quam inimicus, periculum facias. Ba faciam
sedulo.

ACTVS V. SCENA II.

Iamb. quadrati catalectici,

PHIDIPPEVS, LACHES, BACCHIS.

Trimetr.
catalecti.

Nihil apud me tibi desieri patiar, quin quod o-
pus sit,

Benignè præbeatur:

Octo. cata.

Sed cum tu satura, atq; ebria eris, puer ut satur sit,
facito.

L. Noster socer, video, venit: puerò nutricem adduxit
Phidippe, Bacchis deierat per sanctè. Ph. hæccine ea
est? La. hæc est.

Ph. Nec pol istæ metuunt Deos: neq; has respicere
Deos opinor.

B. Ancillas dedo: quo lubet cruciatu per me exquire
Licet, hæc res hic agitur: Pamphilo me facere ut re-
deat vxor

Oportet, quod si perficio, non pœnitet me famæ.

Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugi-
tant.

La.

181

ACTVS V. SCENA II.

La. Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis, in re ipsa inuenimus porro hanc nunc expe-
riamur.

Nam si compererit crimini tua se vxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem ira-
tus gnatus,

Quod peperit vxor clam, id bene est: citò ab eo hæc
ira abscedet,

Profecto in hac re nihil mali est, quod sit dissidio

Ph. Velim quidem hercle. **La.** exquire: (dignum.
adeest, quod satis sit, faciat. **Ba.** faciam.

Ph. Quid isthæc mihi narras? an qua non tute ipse
audisti dudum,

De hac re animus meus vt sit Laches? illis modò ex-
ple animum.

La. Quæso ædæpol Bacchis, quod mihi es pollicita,
tute vt serues.

Ba. Ob eam rem vis ergo intro eam? **La.** i, atq; exple
animum his, vt credant.

Ba. Eo: etsi scis pol his fore meum conspectum inui-
sum hoste?

Nam nup̄ meretrici hostis est à viro vbi segregat.

La. At v̄ amicæ erunt, vbi quamobrem (ta est.
adueneris, resciscent.

Ph. At easdem amicas fore, tibi promitto, rem vbi
cognorint.

Nam illas errore, & te simul suspicione exolues.

HECTRÆ.

Ba. Perij, pudet Philumenæ: sequimini me intrò huc
ambæ.

La. Quid est, quod mihi malim, quàm quod huic
intelligo euenire, (prosit,

Vt gratiam ineat sine dispendio suo, & mihi vnà
Nam si est, vt hac nunc Pamphilum verè ab se segre-
garit

Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & glo-
riam esse,

Referetq; gratiam ei, vnâq; nos sibi opera amicos
iunget.

ACTVS V. SCENA III.

Trochaici Octonarij catalectici, Iamb. quad. catalect.

PARMENO, BACCHIS.

A Depol ne meam herus esse operam deputat
parui precii.

Catastro-
phe. Casu
discussis pe-
riculis redi-
git omnes
in mutuam
gratiam.

Qui ob rem nullam misit illuc: frustra vbi totum
desedi diem.

Myconium hospitem dum expecto in arce Callide-
midem:

Itaq; ineptus hodie dū illic sedeo, vt quisq; venerat,

Accedebam, adolescens dic dum quæso. tu Myco-
nius? (Pamphilum

Non sum, at Callidemides? non, hospitem quem

Hic habes? omnes negabant. neq; enim quenquam
esse arbitror.

Deniq; hercle iam pudebat: abij. sed quid Bacchidem.

ACTVS V. SCENA III.

182

Ab nostro affine exeuntem video: quid huic hic est
rei?

Ba. Parmeno, oportune te offers, properè curre ad
Pamphilum.

Pa. Quid eò? Ba. dic me orare, vt veniat. Pa. ad te?
Ba. imò ad Philumenam.

Par. Quid rei est? Ba. TVA QVOD nihil refert,
percontari desinas.

Par. Nihil aliud dicam? Ba. etiam, cognosse annu-
lum illum Myrrhinam,

Gnatæ suæ fuisse, quem ipsus mihi olim dederat.
Pa. scio:

Tantumne est? Ba. tantum: aderit continuo, hæc vbi
ex te audierit.

Sed cessas. Pa. minimè equidem nam hodie mihi po-
testas haud data est:

(triui diem. Lamb. qad.

Ita occursando atq; ambulando totum hunc con-
Ba. Quantam obtuli aduentu meo lætitiã Pamphi-
lo hodie?

Catalect.

Quot commodas res attuli? quot autè ademi curas,
Gnatum ei rogatio, qui penè harum ipsiusq; opera

perijt.

Vxorem, quam nunquam est ratus posthac se habi-
urum, reddo:

Qua re suspectus suo patri et Phidippo fuit, exolui.
Nunc adeo his rebus annulus fuit initium inueniendis

Nam memini, ab hinc menses decem ferè ad me no-
ste prima.

Cor-

6

H E C T R Æ.

Confugere anhelantem domum , sine comite , vini
plenum

Cum hoc annulo extimui illico: mi Pamphile in qua
amabo,

Quid exanimatus es obsecro? aut vnde annulum
istum nactus?

Dic mihi, ille alias res agere se simulare, postquam
id video,

Nescio quid suspicariet, magis cœpi instare, vt dicat,
Homo se fateatur vt in via nescio quam compressisse

Annulum
dissyllabum
est.

Dicitq; sese illi annulum, dum luctat, detraxisse.

Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modò me
habentem :

Rogat vnde sit: narro omnia hæc: inde est cognitio
facta,

Philumenam esse compressam ab eo, & filium inde
hunc natum.

Hæc tot propter me gaudia illi contigisse letor:

Etsi hoc meretrices al.æ nolunt negentim est in rem
nostram,

Vt quisquam amator nuptijs letetur, v.orum acastor
Nunquam animum questi gratia ad manus adducã
partes.

Ego dum illo licitum est, vsa sum benigno, & lepi-
do, & comi,

Incommodè mihi nuptijs euenit: factum fateor:

At pol me fecisse arbitror, ne id meritiò mihi eueni-
ret.

Multa

ACTVS V. SCENA IIII.

MVLTA EX QVO fuerint commoda, eius
incommoda æquom est ferre.

ACTVS V. SCENA IIII.

Iambici quadrati acatalectici, mixtis senarijs &
trochaicis quadratis acatalecticis.

PAMPHILVS, PARMENO.

BACCHIS.

Vide mi Parmeno etiam sodes, vt mihi hæc cer-
ta & clara attuleris,

Ne me in breue hoc conicias tempus, gaudio hoc
falso frui.

Par. Visum est Pam. certon? Par. certè Pam. Deus
sum si hoc ita est. Par. verum reperies.

Pa. Mane dum sodes: timeo, ne aliud credam atq;
aliud nuncies.

Par. Maneo Pam. sic te dixisse opinor, inuenisse
Myrrhinam,

Bacchidem annulam suam habere. Par. factum. Pam.
eum quem olim ei dedi:

Eaq; hoc te mihi nunciare iussit, itane est factum?
Par. ita inquam.

Pam. Quis me est fortunatior: venustatq; adeo
plenior?

Egone te pro hoc nuncio quod donem? quid? quid?
nescio.

Par. At ego scio, Pam. quid? Par. nihil enim.

Nam

H E C T R Æ.

- Iamb. tetr.** Nam neq₃ in nuncio, neq₃ in me ipso, tibi quid sit bo-
Acatalect. ni scio.
Pa. Egone, qui ab Orco mortuum me reducem in lu-
 cem feceris,
Sinam sine munere à me abire? a nimium me ingra-
 tum putas.
- Senarij.** Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium :
 Me expectat credo. adibo. **Ba.** salve Pamphile.
Pa. O Bacchis, ó mea Bacchis, seruatrice mea.
Ba. Benè factum, & volupe est. **Pa.** factis, vt credam
 facis:
Anti quamq₃, adeo venustatem obtines,
Quadrat. Vt voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunq₃
Iam. acata. adueneris,
Semper fiet. **Ba.** at tu æcastor morem antiquom atq₃
 ingenium obtines,
Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quis-
 quam blandior.
Ba. Ha, ha, hæ. tun' mihi istuc? **Ba.** rectè amasti, Pam-
 phile vxorem tuam?
Nam nunquam ante hunc diē meis oculis eam, quod
 nossē, videram:
Perliberalis visa est. **Pa.** dic verum. **Ba.** ita me Di-
 ament Pamphile.
Pa. Dic mihi, harum rerum nunquid dixti iam pa-
 tri? **Ba.** nihil. **Pa.** neq₃ opus est:
Adeò miris, placet non fieri hoc itidem vt in Co-
 mœdijs, Omnia

ACTVS V. SCENA IIII.

Omnia omnes vbi resciscunt: hic, quos par fuerat resciscere.

Facetissima
ma ironia.

Sciunt, quos non autem scire æquom est, neq, resciscunt, neq, scient.

Ba. Imò etiam, hoc qui occultari posse facilius credas, dabo.

Myrrhina ita Phidippo dixit, iurijurando meo

Troch. tet.

Se fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum Pam. optumè est,

Speroq, hanc rem esse euenturã nobis ex sententia.

Pa. Here, licetnè me scire ex te, hodie quid sit quod feci boni?

Aut quid istuc est, quod vos agitis: Pa. non licet.

Par. tamen suspicor.

Iamb. acat.

Egòne hunc ab Orco mortuum? quo pacto? Pam. nescis Parmeno,

Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna me extraxeris.

Par. Imò verò scio, nec hoc imprudens feci Pam. ego istuc satis scio.

Pa. An temere quicquam Parmenonem prætereat, quod factò vsus sit?

Troch. cat.

Sena. troch

acatalecti:

Pa. Sequere me intro Parmeno. Par. sequar: equidè plus hodiè boni

Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem vnquã. Plaudite.

Calliopus recensui.

ARGV-

Philippi Melanthonis argumentum
in Phormionem.
PROTASIS.

Cū Antipho absente patre in puellā quādam vnice deperiret nec posset ea potiri, nisi vxorem duceret (erat enim ciuis Attica) forte nuptiæ confictæ sunt technis Sycophantæ cuiusdā Phormionis. Is enim ex cōposito diem dicit Antiphonis fingit puellā ei gnatam esse, neq; quenquā alium priorē cui nubat, facile est vincere nō repugnantē. Ita legibus ducere cogitur Antipho.

EPITASIS.

Non probatur auaro patri, vbi rediit, factum, vt qui malebat filio opulētam aliquā & dotatam obtrudere: quare cum Phormione exoptulat, cur in has nuptias se absente filium coniecerit, tandem paciscitur etiam mercedē minas triginta, si receperit ad sese puellam. Ibi verò & Antipho in discrimē venit, ne per eam conditionem ipse vnice charā & iucundam coniugem amitteret.

CATASTROPHE.

Interea domū redit & patruus Antiphonis, hic fidem facit, puellam Antiphoni nuptam ex se in Lemno susceptam esse, vbi cum muliercula quadā consueuerit gaudetq; ita casu recidisse, se absente, vt is duceret, quem maximē ipse generum cuperet, & paulo atē ambibat.

Ita

185

ARGUMENTVM.

Ita, vt Antipho retinet vxorem, & nuptiæ patri probentur.

SECUNDA CATASTRO-
phes pars.

Porro triginta mihi minæ quos ludos reddidere? Has extorserat Phormio, quanti Phædriæ, qui Citharistriam mercaretur, & iam perierat pecunia: quam cum repossunt senes, Sycophanta prodit Chremetem apud vxorem, & docet consuesse cum alia quadam peregrè, simulq; impetrat, vt Phædriæ id argentum condonetur. Estq; ridicula admodum Catastrophes pars, vbi mulier maritum obiurgat, parum memorem fidei suæ.

Fabula interlocutores.

Phormio parasitus,	Demipho senex,	
Antipho adolescens,	Geta seruus,	
Dorio leno,	Chremes senex,	
Phædria adolescens,	Dauus seruus,	
Sophrona nutrix,	Nausistrata matrona;	
Hegio	}	
Cratrus		} aduocati;
Grilo		

C. SVB.

C. SVLPITII APOLLONARIS Periocha.

CHremetis frater aberat peregre Demipho
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem & filiam;
Athenis aliam coniugem, & amantem vnice
Gnatum fidicinam, mater e Lemno aduenit
Athenas, moritur: virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat, ibi eam visam Antipho
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
Pater & Chremes reuersi fremere: dein' minas
Triginta dant parasito, vt illam coniugem
Haberet ipse, argento hoc emitur, fidicina
Uxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

Acta ludis Romanis, L. Posthumio Albino, L. Cornelio Merula,
Aedilibus Curulibus, egere L. Ambuius Turpio, L. Attilius Prænestinus,
modos fecit Flaccus Claudij filius, tibijs imparibus, tota Græca, Apollodoru Epidicazomenos facta
quarta. Cn. Fannio. M. Valerio Cofs.

186
Prologus.

SENARI I.

Postquam Poëta vetus Poëtam non potest Recriminã
Retrabere ab studio, & tradere hominem in tío.
ocium,

Maledictis deterrere, ne scribat, parat :

Qui ita dicitur, quas antehac fecit fabulas,

Tenui esse oratione, & scriptura leui,

Qua nusquam insanum scripsit adolescentulum.

Ceruum videre fugere, sectari canes,

Et eam plorare, orare, ut subueniat sibi,

Quòd si intelligeret, cum stetit olim noua,

Actoris opera magis stetit, quam sua :

Minus multo audacter, quam nunc ledit, laderet,

Et magis placrent, quas fecisset fabulas

Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,

Vetus si Poëta non laceisset prior,

Nullum inuenire Prologum potuisset nouus

Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret :

Is sibi responsum hoc habeat in medio omnibus

Palmas esse positam quæ artem tractant Musicã.

Ille ad famem hunc ab studeo studuit reycere :

Hac respondere voluit, non laceffere.

Benedictus si certasset, audisset bene :

Excusat no
cessitatem;
quod coa
ctus sit re
spondere
prouocan
ti.

PROLOGVS.

Quod ab ipso allatum est sibi esse id relatum patet.
 De illo iam finem faciam dicundi mihi,
 Peccandi cum ipse de se finem non facit.
 Nunc quid velim, animū attendite: apporto nouam
 Epidicazomenon quam vocant Comœdiam
 Græci, Latini Phormionem nominant,
 Quia primas partes qui ager, uerit Phormio
 Parasitus, per quem res geretur maxumè,
 Voluntas uestra si ad Poëtam accesserit.
 Date operam, adeste æquo animo per silentium:
 Ne simili utamur fortuna atq; vti sumus,
 Cum per tumultum noſter grex motus loco est:
 Quem aſtoris virtus nobis restituit locum,
 Bonitasq; uestra adiutans, atq; æquanimitas.

Ἐπίδικαζόμενον, id est, qui petit in iudicio
 hereditatem, aut puellam propter propinquitatem
 generis. Eaq; lis vocatur, Græcè ἐπίδικασία. In
 hanc sententiam in hac fabula ἐπίδικασμενος
 est Antipho, id est, puellam tenens propter
 propinquitatem: de sententia
 iudicis.

ACTVS.

ACTVS PRI M I S C E N A

P R I M A.

D A V V S.

A Micus summus meus, & popularis Geta
 Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
 lam pridem apud me reliquam pauxillum
 Nummorum: id vt conficerem. confeci: affero.
 Nam herilem filium eius, duxisse audio
 Vxorem: ei credo munus hoc corraditur.
 Quam iniquè comparatum est, hi qui minus habent
 Vt semper aliquid addant diuitioribus?
 Quod ille vnciatim vix de demenso suo,
 Suum defraudans genium, comparset miser,
 Id illa vniuersum abripiet, haud existumans
 Quanto labore partum. porro autem Geta
 Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:
 Porro alio autem, vbi erit puero natalis dies:
 Vbi initiabunt, omne hoc mater auferet:
 Puer causa erit mittundi: sed videon' Getam?

Senarij.
 Occasio
 colloquij.

ACTVS I. SCENA II.

GETA, DAVVS.

SI quis me quæret ruffus. Da præsto est, desine.
 Ge. ob,
 At ego obuiam conabar tibi Daue. Da. accipe hem:
 Lectum est, conueniet numerus, quantum debui.

4 3 Ge. Amo

PHORMIONIS

Ge. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.
 De. Prasertim vt nunc sunt mores, adeo res redit,
 Si quis quid reddit magna habenda est gratia.
 Sed quid tu es tristis? G. egone? nescis quo in metu. et
 Quanto in periculo sim. D. quid istuc est? G. scies,
 Modò vt tacere possis. Da. abi, sis insciens:

Narratio Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
 Verere verba ei credere? vbi quid mihi lucri est.
 que argu- Te fallere? G. ergo ausculta. D. hanc operã tibi dico
 mentum & G. Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem
 occasionem Nostin'? D. quid ni? G. quid eius gnatũ Phœdriam?
 fabulæ ex- Da. Tanquam te. G. eueni senibus ambobus simul
 penit. Iter, illi in Lemnum vt esset, nostro in Ciliciam

Ad hospitem antiquum: u senem per epistolas
 Pellexit, modo non monte is auri pollicen.
 Da. Cui tanta erat res, & superat? G. desinas:

Amplifica- Sic est ingenium Da. oh, regem me esse oportuit.
 tio difficul Ge. Abeuntes ambo hinc tum senes me filys
 tatis. Relinquunt quasi magistrum. D. ð Geta prouinciaria
 Cepisti duram G. mihi vsu venit, hoc scio:
 Memini, relinqui me Deo irato meo

Cœpi aduersari primò: quid verbis opus est?
 Sem fidelis dum sum, scapulas perdi.
 D. Venere in mentẽ isthæc mihi, nã quæ inscitia est
 Aduersum stimulum calces? Ge. cœpi his omnia
 Facere, obsequi, quæ velint. Da. scisti vti foro.
 G. Noster mali nihil quicquam primò: hic Phœdria

Continuo

ACTVS I. SCENAI I.

Continuò quendam nactus est puellulam
 Citharistriam: hanc amare cœpit perditè,
 Ea seruebat lenoni impurissimo:
 Neq; quod daretur quicquam, id curant patres.
 Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
 Sectari, in ludum ducere, & reducere,
 Nos ociosi operam dabamus Phædriæ,
 In quo hæc discebat ludo, ex aduersum ei loco
 Tonstrina erat quædam, hic solebamus fere
 Plerumq; eam opperiri, dum inde iret domum.
 Interea dum sedemus illic, interuenit
 Adolescens quidam lacrumans: nos mirarier:
 Rogamus quid sit, nunquam æquè (inquit) ac modò
 Paupertas mihi onus visum est, et miserū & graue.
 Modo quendam vidi virginem hic viciniam
 Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
 Ea sita erat ex aduerso: neq; illi ben euolens,
 Neq; notus, neq; cognatus, extra vnam aniculam,
 Quisquã aderat, qui adiutaret funus: miserum est.
 Virgo ipsa facie egregia, quid verbis opus est?
 Commouerat omnes nos: vbi continuò Antipho,
 Voltisne eamus visere? alius, censeo:
 Eamus: duc nos sodes: imus, venimus,
 Videmus: virgo pulchra: & quò magis diceres,
 Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
 Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:
 Lacrumæ, vestitus turpis, vt, ni vis boni

Aliàs, per
 ditus.

Aliàs, illic

Egregia,
 amplificatio formæ
 lucentis in-
 ter tot in-
 commoda.

PHORMIONIS

In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent,
 Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo
 Satis inquit, scita: noster verò. Da. iam scio:
 Amare cœpit. Ge. scin' quam? quo euadat, vide:
 Postridiè ad anum recta pergit: obsecrat,
 Vt sibi eius faciat copiam, illa enim se negat:
 Neq; eum æquom ait facere: illa ciuem esse Atticã.
 Bonam, bonis prognatam: si vxorem velit,
 Lege id licere facere. sin aliter, negat.
 Noster, quid ageret nescirs: & illam ducere
 Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
 Da. Non, si redisset pater, ei veniam daret?
 Ge. illène indotatam virginem, atq; ignobilem
 Daret illi? nunquam faceret. Da. quid sit deniq; &
 Ge. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
 Homo confidens: qui (illum Dii omnes perduint)
 D. Quid is fecit? G. hæc consiliũ, quod dicam, dedit.
 Lex est, vt orbæ, qui sunt genere proximi,
 His nubant, & illos ducere eadem hæc lex iubet.
 Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:
 Paternum amicum me assumulabo virginis:
 Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
 Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
 Constringam: quod erit mihi bonum, atq; commodam
 Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.
 Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
 Illa quidem nostra erit. Da. iocularem audaciam.

Ge. Per-

ACTVS I. SCENA III.

489

G. Persuasit homini, factū est, ventū est: vincimur:
 Duxit. D. quid narras? G. hoc quod audis. D. ō Geta
 Quid te futurum est? G. nescio herclē, vnū hoc scio:
 QVOD FORS feret, feremus æquo animo. Da. pla-
 Hem istuc viri est officium. Ge. in me (cet
 omnis spes mihi est.

D. Laudo. G. ad precatorem abeam credo, qui mihi
 Sic oret: nunc amitte quæso hunc: cæterum
 Posthac si quicquam, nihil precor, tantummodo
 Non addat: vbi ego hinc abiero, vel occidito.

Da. Quid ille pædagogus, qui Citharistriam?
 Quid rei gerit? G. sic tenuiter. D. non multū habet
 Quod det fortasse? G. imò nihil, nisi spem meram.

Alias, pra-

Da. Pater eius redijt, an non? Ge. nondum. Da. quid ter.
 senem

Quo ad expectatis vestrum? G. non certum scio:
 Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modò,
 Et ad portitores esse delatam: hanc petam,

D. Nunquid Geta aliud me vīs? G. vt benè sit tibi.
 Puer heus, nemon' huc prodit? cape, de hoc Dorcio.

ACTVS I. SCENA III.

Mixta carmina, pars est trochaici, altera
 Iambos habet catalecticos.

ANTIPHONIA, PHÆDRIA.

A Deon' rem redisse, vt qui mihi consultū opti-
 mē velit esse

Phædria. patrem vt extimescam, vbi in mentē eius
 aduenti venit? a 5 Quid

PHORMIONIS

Collatio duorum adolescentum quorum vterq; suam vicē deplorat, ut fit in rebus humanis, ut

Ph. Quid ni fuisset incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit.

Ph. Quid illuc est? An. rogitas? qui tam audacis, facinoris mihi conscius sim:

Ph. Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset, (Troch. cat. Neu me cupidum eò impulisset, quod mihi principium est mali,

Non potitus essem: fuisset tum illos mihi ægre ali-quot dies:

Ph. At non cotidiana cura hæc angeret animum. Ph. pœniteat. audio.

A. Dum expecto quam mox veniat, qui adimat hæc mihi consuetudinem.

Ph. Alijs quia desit quod amant, ægre est: tibi quia superest, dolet.

Amore abundas Antipho.

Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda optandaq; est:

Ita me Di bene ament, ut mihi liceat tã diu quod amo, frui:

Iam depacisci mortem cupio: tu cony cito cætera, Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex ista copia:

Vt ne addam, quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es:

Quod habes, ita ut voluisti, vxorem sine mala fama palam.

Beatus

ACTVS I. SCENA IIII.

190

Beatus, ni vnum hoc desit, animus qui modeste istæ
ferat.

Et si tibi res cum eo sit quo cū mihi est, tū sentias.

ITA PLEBIS, ingenio sumus omnes, nostri no-
smet pœnitet.

An At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phæ-
dria,

Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid
velis

Retinere, amare, amittere ego in eum incidi in fo-
lix locum,

Vt neq, mihi eius sit amittundi nec retinendi copia

Sed quid hoc est? videonē ego Getam currentem
aduenire huc?

Is est ipse: heu timeo miser, quam hic mihi nunc
nunciet rem.

ACTVS I. SCENA IIII.

Iamb quad cataleptici, Trochaici Octonarijs

cataleptici permixtis Senarij item.

GETA, ANTIPHO, PHÆDRIA.

Lam. acata.

Nunciatur

aduentus

Nillus es Geta, nisi aliquod iam tibi consilium
celere repereris:

patris, &

præpara-

Ita nunc imparatum subito tanta te impendent
mala:

tur adoles-

cent ad ex-

Quæ neq, vti deuitem scio, neq, quo modo me inde
extraham:

ciendum

patrem in-

(Nā non potest celari nostra diutius iam audacia)

tum.

Quæ

PHORMIONIS

Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessum
dabunt.

An. Quidnam ille con. motus venit? Ge. tum tempo-
ru punctum mihi

Ad hanc rē est. herus adest An. quid istuc est mali?
Ge. Quod cum audierit, quod eius remedium inue-
niam iracundiæ?

Loquarne? incendam: taccam? instigem: purgem
me? laterem lauem.

Eheu me miserum: cum mihi paueo, tum Antipho-
me excruciat animi:

Eius me miseret: ei nunc timeo, is nunc me retinet:
nam absq; eo esset,

Catalect. Recte ego n. ibi vidissem, & senis essem vltus ira-
cundiam:

Iamb. acata. Aliquid conuasassem, atq; hinc me conijcerem pro-
tinus in pedes.

Dime tetr. An. Quam hic fugam, aut furtum parat?

catalect. Ge. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quære-
re insistam via?

Iamb. tetr.

acatalect. Ph. Te nominat An. nescio quod magnum hoc nun-
cio exspecto malum.

Iamb. cata. Ph. Ab sanusne es? Ge. domum ire pergam: vbi plu-
rimum est Ph. reuocemus

Monomet. Hominem. An. sta illico. Ge. hem,

Hypercat. Satis pro imperio, quisquis es. An. Geta. Ge. ipse est,

roch. cat. quem volui obuiam.

An. Geta

ACTVS I. SCENA IIII.

An. Cedo, quid portas, obsecro? atq; id si potes verbo expedi.

Ge. Faciam An. eloquere. Ge. modò apud portum.

An. Meumne? Ge. intellexi. An. occidi. G hem.

An. Quid agam? Ph quid ais. Ge. huius patrem vidisse me, patruum tuum.

An. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser?

Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te vt distrabar,

Nulla est mihi vita expetenda. Ge. ergo isthæc cum ita sint Antipho,

Tanto magis te aduigilare æquom est: FORTES fortuna adiuuat.

An. Non sum apud me Ge. atqui opus est nunc, cum maxime, vt sis Antipho:

Nam si senserint te timidum pater esse, arbitrabitur Commeruisse culpam. Ph hoc verum est. An. non possum immutarier.

Ge. Quid faceres si aliud quid grauius tibi nunc faciendum foret?

An. Cum hoc non possum, illud minus possem. Ge. hoc nihil est, Phædria, ilicet:

Quid conterimus operam frustra? quin abeo. Ph. & quidem ego An. obsecro.

Quid si a simulabo: satin est Ge. garris. An. vultum contemplanini, bem,

Satin

PHORMIONIS

Satim sic est? Ge. non. An. quid si sic? Ge. propemodum An. quid si sic? Ge. sat est:

Hem istuc serua, & verbum verbo, par pari vt respondeas,

Ne te iratus suis seuis dictis protelet. An. scio.

Ge. Vi coactum te esse inuitum, lege iudico, tenes?

Sed quis hic est senex, quem video in vltima platea? An. ipse est:

Non possum adesse. Ge. ah, quid agis? quò abis Antipho? mane,

Mane inquā A egomet me noni, & spectatū meum:

Vobis commendo Phanium, & vitam meam.

Ph. Geta quid nunc fiet? Ge. tu iam lites audies?

Ego pleclat pendens, nisi quid me fefellerit.

Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,

Id nosmetipsos facere oportet Phædria.

P. Aufer mihi oportet, quin tu, quod faciā impera.

Ge. Meministi n' olim vt fuerat vostra oratio

In re incipiunda ad defendendam noxiam?

Iustam illam causam facilem, vincibilem, optimā

Ph. Memini Ge. hem, nunc ipsa est opus, aut si quid potes

Meliore & callidior. Ph. fiet sedulo.

Ge. Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic erō

Succenturiatus si quid deficies. Ph. age.

ACTVS II. SCENA I.

Iambici quadrati acatalectici & senarii.

192
ACTVS II. SCENA I.

DEMIPHO senex, GETA,

PHÆDRIA.

I Tâne tandem vxorē duxit Antipho iniussu meo? *Si corripias*
Nec meum imperium, age, mittò imperium: non *ita, Trochæus*
cas est.
simulatam meam

Reuereri saltem? non pudere? ô facinus audax,
Geta

Monitor. Ge. vix tandem. D. quid mihi dicent? aut
quam causam reperient?

Demiror. Ge. atqui reperi iam: aliud cura. D. annè
hoc dicent mihi?

Inuitus feci. lex coëgit, audio & fateor, G. places.

De. Verum scientem, tacitum, causam tradere ad-
uersarijs,

Eriâne id lex coëgit? Ph. illud durum. Ge. ego ex-
pediam: sine.

De. Incertum est, quid agam, quia præter spem atq;
incredibile hoc mihi obligit.

Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitan-
dum instituere.

Quamobrem O M N E S C V M secundæ res sunt
maxime, tum maxime

Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærû-
nam ferant:

Pericla, damna, exilia, peregrè rediens semper co-
gites,

Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut mortem
filij.
Com-

PHORMIONIS

Communia esse hæc, fieri posse: ut ne quid animo
sit nouum:

Quicquid præter spem eueniat, omne id deputare
esse in lucro.

Ge. O Phædria, incredibile est, quanto herum ante
teo sapientia.

Locus ele-
gantissim⁹
serm.

Meditata sunt omnia mea incommoda, herus si re-
dicrit:

Molendum vsq; in pristino: vapulandum: habende
dæ compedes:

Opus ruri faciendum: horum nihil quicquam acci-
det anima nouum.

Quicquid præter spem eueniet, omne id deputabo
esse in lucro.

Sed quid cessas hominem adire, & blandè in princio
pio alloqui? (uiam.

Senarj.

D. Phædriam mei fratris video filium mihi ire ob-

P. Mi patruæ saluè. D. saluè, sed ubi est Antipho?

P. Saluom adueni. D. credo: hoc responde mihi.

P. Valet, hic est: sed satim omnia ex sententia?

D. Vellem quidem. P. quid istuc? D. rogitas Phædriam?

Bonas me absente hic confecistis nuptias.

Ph. Eho, an tu id succenses nunc illi? Ge. ô artificem
probum.

De. Egone illi non succenseam? ipsum gestio dari

Mibi in conspectum nunc sua culpa ut sciat

Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.

Ph. Atque

Ph. Atqui nihil fecit patruę, quod succenseas,
De. Ecce autem similia omnia? omneis congruunt:
Vnum cognorıs, omnes norıs. **Ph** haud ita est.
D. Hic in noxia est, ille ad defendendã causam adest,
Cum illa abest, hic præsto est: tradunt operas mutuas. instituta &
Ge. Probe eorum facta imprudens depinxit senex. conomia,
De. Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares **Phæ-** vt in mala
dria. causa non
Ph. Si est patruę, culpam vt Antipho in se admisit, respondeat
Ex qua re minus rei foret, aut famę temperans: ipse Anti-
Non causam dico, quin, quod meritus est ferat. pho ad quę
Sed si quis fortẽ malitia fretus sua, res perti-
Insidias nostrę fecit adolescentiæ, net, ne per-
Ac vicit: nostrãne ea culpa est, an iudicum? turbatus tẽ
Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti, tubet alicu
Aut propter misericordiam addunt pauperi. bi,
Ni. Noffem causam, crederem vera hunc loqui.
De. An quisquam iudex est, qui possit noscere
Tua iusta, vbi tute verbum non respondeas,
Ita vt ille fecit? **Ph.** functus adolescentuli est
Officium liberalis: postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum ibi obstupescit pudor
G. Laudo hunc: sed cesso adire quamprimum senem?
Here salue: saluam te aduenisse gaudeo. **De.** ob,
Bone custos salue: columen vero familij,
Cui commendavi filium hinc abiens meum.

PHORMIONIS

Ge. Iam dudum te omnes nos accusare audio
 Immeritò, & me omnium horum immeritissimò.
 Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?
 Seruom hominem causam orare leges non sinunt:
 Neq; testimonij dictio est. De. mitto omnia:
 Adde istuc: imprudens timuit adolescens, sino:
 Tu seruos: verum si cognata est maxame,
 Non fuit necesse habere, sed id quod lex iubet,
 Dotem daretis quæreret alium virum.
 Qua ratione inopem potius ducebat domum?
 G. Non ratio, verum argentum deerat. De. sumeres
 Alicundè. Ge. alicundè? nihil est dictu facilius.
 De. Postremo, si nullo alio pacto, scenore.
 G. Hui, dixti pulchrè siquidem quisquam crederet
 Te viuo. De non, non sic futurum est, non potest,
 Egone illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
 Nihil suaue meritum est, hominem commonstrarier
 Mihi istum volo, aut vbi habitat, demonstrarier.
 Ge. Nempe Phormionem, De. istum patronum mu-
 lieris.
 G. Iam faxo hic aderit. D. Antipho vbi nunc est?
 Ph. foris.
 D. Abi Phædria, eum require, atq; adduce huc. P. eo.
 Recta via equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam.
 D. At ego Deos penateis hinc salutatum domum
 Deuortar: inde ibo ad forum, atq; aliquot mihi
 Amicos aduocabo, ad hanc rem qui assient.

ACTVS II. SCENA II.

Vt ne imparatus sim, cum adueniat Phormio.

ACTVS II. SCENA II.

Trochaici Octo cata præter duas extremos.

Phormio, Geta.

I Tâne patris ais conspectum veritum hinc abiisse?
Ge. admodum.

Ph. Phanium relictam solam? Ge. sic. Ph. & iratum
senem? (redit:

Ge. Oppido. Ph. ad te summa solum Phormio rerum
Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum: accu-
gere.

Phormio-
nis audacia
depingitur

Ge. Obsecro te. Ph si rogabit, Ge. in te spes est. Ph.
ecce re,

Quid si reddet? G. tu impulisti, P. sic opinor. G. sub-
ueni.

Ph. Cedò senem: iam instructa sunt mihi corde con-
silia omnia.

Ge. Quid ages? Ph. quid vis? nisi vt maneat Phani-
um, atq; ex crimine hoc

Antiphonem eripiam, atq; in me omnem iram deri-
uem senis?

G O vir fortis atq; amicus: verum hoc sæpe Phormio
Vereor, ne isthæc fortitudo in neruum erumpat de-
niq; Ph. ab

Non ita est: factum est periculum, iam pedum visa
est via,

Quot me censes homines iam deuerberasse vsq; ad
necem

194

PHORMIONIS

Hospites? tum ciues? quo magis noui, tanto sapius.
Cedo dum, en vnquam iniuriarum audisti mibi scri-
ptam dicam?

Ge. Qui istuc? Ph. quia non rete accipitri tenditur,
neq; miluio,

Quia malè faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, ten-
ditur.

Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
Alijs aliunde est periculum, vnde aliquid abradi po-
test:

Mibi sciunt nihil esse, dices, ducent damnatum do-
mum:

Alere nolunt hominem edacem: & sapiunt, mea sen-
tentia,

Pro maleficio beneficium summum nolunt reddere.

Ge. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri
gratia.

Ph. Imò enim nemo satis pro merito gratiam Regi
refert.

Tène asymbolum venire vinctum, atq; lautum è bal-
neis,

Otiosum ab animo, cum ille & cura, & sumptu ab-
sumitur,

Dum tibi fit quod placeat: ille ringitur, tu rideas:

Prior bibas, prior decumbas, coena dubia apponitur &

Ge. Quid istuc verbi est? Ph. vbi tu dubites, quid su-
mas potissimum.

ACTVS II. SCENA III.

Hæc, cum rationem ineas, quàm sint suauia, & quàm chara sint.

Ea qui præbet, non tu hanc habeas planè præsentem Deum ?

Ge. Senex adest : vide quid agas : prima coitio est acerrima : Iamb. quadrati.

Si eam sustinueris, post illa iam, vt lubet, ludas licet.

ACTVS II. SCENA III.

Demipho, Geta, Phormio.

Senarij.

EN, vnquam cuiquam contumeliosius Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?

Adeste quæso. Ge. iratus est. Ph. quin tu hoc ages ?

Iam ego hunc agitabo, pro Deum immortalium.

Negat Phaniam esse hanc sibi cognatam Demipho ?

Hanc Demipho negat esse cognatam? Ge. negat.

Ph. Neq; eius patrem se scire, qui fuerit ? Ge. negat.

De. Ipsum esse opinor, de quo agebam, sequimini.

Ph. Nec Stilphonè ipsum scire quid fuerit? Ge. negat.

Ph. Quia agens relicta est misera, ignoratur parens. Negligitur ipsa, vide auaritia quid facit.

Ge. Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Calumnio-

De. O audaciam, etiam me vltro accusatum, aduenit. sa Phormio

Ph. Nam iam adolescentinibilib est quod succenseam. onis defen-

Si illum minus norat : quippe homo iam grandior, fio.

Pauper, cui operi vita erat, ruri ferè Se continebat : ibi agrum de nostro patre

b 3 Coles-

PHORMIONIS

Calumnio- Colendum habebat : sæpe interea mihi senex
 sa Phormi- Narrabat, se hunc negligere cognatum suum :
 onis defen- At quem virum ? quem ego viderim in vita optu-
 fe. mum.

Ge. Videas, te atq; illum vt narras. Ph. abi in malam
 crucem :

Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam graue
 Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,
 Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.

Ge. Pergin hero absente malè loqui impurissime ?

Ph. Dignum autem hoc illo est. Ge. ain' tandem car-
 cer ? De. Geta.

G. Bonorum extortor, legum contortor. D. Geta.

Ph. Responde. Ge. quis homo est ? ebem. De. tace. Ge.
 absenti tibi

Te indignas seq; dignas contumelias

Nunquam cessauit dicere hodie. D. obe, desine.

Adolescens, primum abs te hoc bona venia expeto,

Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas:

Quem amicum tuum ais fuisse istum explana mihi.

Et qui cognatum me sibi esse diceret.

Ph. Proinde expiscare, quasi non nosset. De. nossem?

Ph. ita.

De. Ego me nego : tu, qui ais, redige in memoriam.

Ph. Eho tu sobrinum tuum non noras ? D. enecas:

Dic nomen. Ph. nomen ? maxumè. D. quid nunc taces ?

Ph. Perij hercle, nomen peridi. De. hem, quid ais ?

Ph. Geta.

Si meministi id, quod olim dictum est, subijce.
hem,

Non dico : quasi non noris, tentatum aduenis.

De. Egon autem tento ? Ge. Stilpho. Ph. atq; adeo, quid mea ?

Stilpho est. De. quem dixti ? Ph. Stilphonem inquam noueras ?

De. Neq; ego illum noram, neq; mihi cognatus fuit Quisquam isthoc nomine. Ph. itane ? non te horum pudet ?

At si talentum rem reliquisset decem.

Ph. Duj tibi malefaciant P. primus esses memoriter Progeniem vestram vsque ab auo atq; atauo professrens.

De. Ita vt dicis, ego tum si aduenissem, qui mihi Cognata ea esset dicerem, itidem tu face :

Cedo qui est cognata ? Ge. huius noster, recte. heus tu caue.

Ph. Dilucide expediui, quibus me oportuit

Iudicibus tum, si id falsum fuerat, filius

Cur non refellit ? De. filium narras mihi ?

Cuius de stultitia dici, vt dignum est, non potest.

Ph. At tu, qui sapiens es, magistratus adi,

Iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi :

Quandoquidem solus regnas, & soli licet

Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.

De. Et si mihi facta iniuria est, veruntamen

PHORMIONIS

Potius quàm lites seſter, aut quàm te aadiam,

Itidem vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet

Dotem dare, abduce hanc, minas quinq, accipe.

Ph. Ha, ha, hæ, homo ſuauiſ. De. quid eſt? num ini-
quom poſtulo?

An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicum
eſt?

Ph. Itâne tandem quaſo, itidem vt meretricem vbi
abusuſ ſis,

Mercedem dare lex iubet ei, atq, amittere? an

Vt ne quid turpe ciuiſ in ſe admitteret

Propter egeſtatem, proxumo iuſſa eſt dari,

Vt cum vno ætatem degeret, quod tu vetas?

De. Ita proxumo quidem: at nos vnde? aut quam
orem? Ph. ohe,

Actum, aiunt, ne agas De. non agam? imò haud deſi-
nam,

Donec perfecero hoc. Ph. ineptiſ. De. ſine modo.

Ph. Poſtremo tecum nihil rei nobiſ Demipho eſt?

Tuiſ eſt damnatuſ gnatuſ, non tu: nam tua

Præterierat iam ad ducendum ætaſ De. omnia

Illum putato, quæ ego nunc dico dicere.

Aut quidem cum vxore hac, ipſum prohibeo domo.

Ge. Iratuſ eſt? Ph. tute idem meliſ feceriſ.

De. Itâne eſ paratuſ facere me aduorſum omnia

Infelix? Ph. metuit hic noſ, tametiſ ſedulò

Diſſimulat. Ge. benè habent tibi principia. Ph. quin

quod eſt.

Feren-

ACTVS II. SCENA IIII.

197

*Ferendum, feras, tuis factis dignum feceris,
 Ut amici inter nos simus. De. egone tuam expetam
 Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim?
 Ph. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
 Senectutem oblectet: respice ætatem tuam.
 De. Te oblectet: tibi habe. Ph. minue verò iram. De.
 hoc age:*

*Satis iam verborum est: nisi tu properes mulierem
 Abducere, ego illam eijciam: dixi Phormio.
 Ph. Si tu illam attigeris secus, quam dignum est libe-
 ram,
 Dicam impingam tibi grandem: dixi Demipho.
 Si quid opus fuerit, heus, domo me. Ge. intelligo:*

ACTVS II. SCENA IIII.
 Demipho, Geta, Hegio, Cratinus,
 Crito.

Q uanta me cura, & sollicitudine affecit Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptijs Neq; mihi in conspectum prodiit, vt saltem sciam Quid de hac re dicat, quidue sit sententiæ. Abi tu, vise redieritne iam, an nondum domum. Ge. Eo. De. videtis quo in loco res hæc fiet? Quid ago? dic Hegio. He. ego? Cratinum censeo, Si tibi videtur. De. dic Cratine. Cra. mène vis? De. Te. Cra. ego, quæ in rem tuam sint, ea velim fa- cias: mihi	<i>Sena. Iamb Imago deli- berationis plurimarum in vita, ubi auditis ali- orum sen- tentijs, ma- gis incerti dimittimur</i>
---	--

6 5

Si

PHORMIONIS.

Sic hoc videtur quod te absente hic filius
 Egit, restitui in integrum æquom est, & bonum :
 Et id impetrabis, dixi. De. dic nunc Hegio.
 Ge. Ego sedulo hunc dixisse credo : verum ita est.
 Quot homines, tot sententiæ, suus cuiq; mos.
 Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
 Rescinde posse, & turpe inceptu est. De. hic Crito.
 Cri. Ego amplius deliberandum censeo :
 Res magna est. He. nunquid nos vis? De. fecistis
 probe :
 Incertior sum multo, quam dudum. G. negant
 Redisse. De. frater est expectandus mihi : is
 Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
 Percontatum ibo ad portum, quo ad se recipiat.
 Ge. At ego Antiphonem quæram, vt, quæ acta hic
 sunt, sciat.
 Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

ACTVS III. SCENA I.

Lamb. quad. acatalect.

Antipho, Geta.

E Nimvero Antipho multis modis cum istoc animo
 es vituperandus :
 Itane hinc abisse, & vitam tuam tutandam alijs de-
 disse ?
 Alios tuam rem credidisti magis quam te, animad-
 uersuros ?

Nam

ACTVS III. SCENA I.

Nam vt vt erant alia, illi certè, quæ nunc domi est, consuleres,

Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali:

Cuius nunc miseræ spes opesq; sunt in vno omnes sitæ.

Ge. Equidem here nos iamdudum hic te absentem incusamus, qui abieris.

An. Te ipsum quærebam. G. sed ea causa nihilo magis defecimus.

An. Loquere obsecro, quonam in loco sunt res & Acata? fortunæ meæ?

Nunquid patri subolet? G. nihil etiam. An. ecquid spei porro est? Ge. nescio. An. ab.

Ge. Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti. An. nihil fecit noui.

Ge. Tum Phormio itidem in hac re, vt in alijs, strenuum hominum præbuit.

An. Quid is fecit? Ge. confutauit verbis admodum iratum patrem.

An. Heu Phormio. Ge. ego, quot potui porro. An. mihi Geta omnes vos amo.

Ge. Sic habent principia se, vt dico, adhuc tranquilla res est

Mansurusq; patrum, pater est, dum huc adueniat. An quid eum? G. vt aiebat,

De eius consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet.

An.

PHORMIONIS

An. *Quantus metus est mihi, venire huc saluom nunc patrum Geta.*

Nam per eius vnam ut audio, aut viuam, aut moriar sententiam.

Ge. *Phædria tibi adest. An. vbinam est? De. eccum ab sua palæstra exit foras.*

ACTVS III. SCENA II.

Trochaici Tetrametri catalect. permixtis Iamb, quad. acatalect.

Phædria, Dorio, Antipho, Geta.

Dorio audi obsecro. Do. non audio. Ph. parumper. Do. quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. Do. at enim tædet iam audire eadem millies.

Ph. At nunc dicam, quod lubenter audias. Do. loquere audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut mancas triduum hoc? quo nunc abis?

Do. Mirabar, tu mihi quicquam afferres noui.

An. Hei, metuo lenonem, ne quid suo suat capiti. Ge. idem ego metuo.

Ph. Non mihi credas? Do. ariolare. Ph. sin fidem do. Do. fabulæ.

Altera fabulæ pars, Ph. *Fœneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.*

de Phædria Do. *λόγοι.*

amoris, Ph. *Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc est, Do. somnium.*

Ph

Ph. Experire, non est longum. **Do.** cantilenam eandem canis.

Ph. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. **Do.** garris modo.

Ph. Adeone ingenio esse te duro, atq; inexorabili
Ut neq; misericordia, neq; precibus molliri queas?

Do. Adeone te esse incogitantem atq; impudentem
Phædria,

Ut phaleratis dictis ducas me, & meã ductes gratis?

An. Misertum est. **Ph.** hei veris vincor. **Ge.** quam vterq; est similis sui.

Ph. Neq; **Antipho** alia cum occupatus esset sollicitudine,

Tum hoc esse mihi obiectum malum? **An.** ab, quid istuc autem est **Phædria**?

Ph. O fortunatissime **Antipho.** **An.** egone? **Ph.** cui, quod amas domi est?

Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit, vt conflictantes malo.

An. Mihiné domi est? imò, quod aiunt auribus teneo lupum:

Nam neq; quomodo amittam à me inuenio, neq; vti retineam, scio.

Do. Ipsum istuc mihi in hoc est. **An.** eia, ne parum leno sies?

Nunquid hic confecit? **Ph.** hiccine? quod homo inhumanissimus,

PHORMIONIS

**Pamphilam meam vendidit. G quid? vendidit? An-
ain vendidit?**

**Ph. Vendidit. Do quàm in dignum facinus, ancillam
ære emptam suo.**

**Ph. Nequeo exorare, vt maneat, & cum illo vt mu-
tet fidem.**

**Triduum hoc dum id, quod est promissum ab amicis
argentum aufero.**

**Si non tum dedero, vnam præterea horam ne opper-
tus sies.**

**Do. Obtundis. An haud longum est id, quod orat,
Dorio: exoret, sine.**

**Idem hoc tibi quod benè pro meritis fueris, condu-
plicauerit.**

**Do. Verba isthæc sunt. An. Pamphilamné hac vrbe
priuari sines?**

Tum præterea horû amorem distrabi poterin' pati?

**Do. Neq; ego, neq; tu. Ge. Dij tibi omnes id quod est
dignum, duint.**

Collatio ve

nustissima

pollicitan-

tem flentē

& nihil fe

rentem, qui

det neq; la

crumet.

**Do. Ego te complureis aduersum ingenium meum
menses tuli,**

**Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem: nunc con-
tra omnia,**

**Repperi, qui det, neq; lacrumet: da locum meliori-
bus.**

**An. Certè hercle ego si satis commemini, tibi quidem
est olim dies,**

Quam

ACTVS III. SCENA III.

Quam ad dares huic præstituta. Ph. factum. D. num ego istuc nego?

An. Iam ea præterijt? D. non, verum ei hæc antecessit. An. non pudet

Vanitatis? Do. minimè, dum ob rem. Ge. sterquilium. Ph. Dorio, (vtere.

Itane tandem facere oportet? Do. sic sum si placeo?

An. Siccine hunc decipis? Do. imò enimvero Antipho hic me decipit:

Nam hic me huiusmodi esse sciebat: ego hunc esse aliter credidi.

Iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui:

Sed vtut hæc sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi

Miles se dare dixit: si mihi prior tu attuleris Phædria,

Mea lege vtar, vt potior sit, qui prior ad dandum est, Vale.

ACTVS III. SCENA III.

Trochaici tetra. catalectici, permixtis paucis

Iamb. quad. acatalect.

Phædria, Antipho, Geta.

Quid faciam? vnde ego nunc tam subito huic argentum inueniam miser,

Qui minus nihilo est? quod si hic potuisset exorari

rier

Deliberatio de pecunia conficienda Phædriæ ad emendam Ci-tharistriam

Tridu-

PHORMIONIS.

- T**riduum hoc promissum fuerat. *An.* Itáne hunc patiemur Geta
- F**ieri miserum, qui me dudum, vt dixti, adiuuerit comiter?
- Q**uin cum opus est beneficium, rursus ei experiamur reddere?
- Ge.** Scio equidem hoc esse æquum. *An.* age ergo, solus seruare hunc potes.
- Ge.** Quid faciam? *An.* inuenias argentum. *G.* cupio: sed id vnde, edoce.
- An.** Pater adest hic. *G.* scio: sed quid tuum? *An.* ab, dictum sapienti sat est.
- Ge.** Itáne? *An.* ita. *Ge.* satis hercle pulchrè suades: etiam tu hinc abis?
- N**on triumpho, ex tuis nuptijs si nihil nanciscor mali,
- N**í etiam nunc me huius causa quærere in malo iubeas crucem?
- An.** Verum hic dicit. *Ph.* Quid ego vobis Geta alienus sum? *Ge.* haud puto:
- S**ed parúmne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex,
- N**í instigemus etiam, vt nullus locus relinquatur precii?
- Ph.** Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc adducet locum? hem?
- D**um igitur diem licet, dumq; assum, loquimini mecum Antipho:
- Con**

ACTVS III. SCENA III.

Contemplamini me. An. quamobrem? aut quidnam
facturus? cedo.

Ph. Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est
persequi,

Aut perire. An. Dij benè vortant, quod agas: pedo-
tentim tamen.

Vide, si quid opis potes afferre huic. Ge. si quid?
quid? An. quære, obsecro.

Ne quid plus minusue faxit, quod nos post pigeat
Geta.

G. Quæro: saluos est, vt opinor: verum enim metuo
malum. (bimus

An. Noli metuere: vnà tecum bona malaq; tollera-

Ge. Quantum opus est tibi argenti? loquere? Ph. so-
læ triginta minæ.

Ge. Triginta? hui. percara est Phædria Ph. istæ ve-
rò vilis est.

Ge. Age, age, inuentas reddam. Ph. ó lepidum caput.
Ge. aufer. Ph. iam est opus. Ge. iam fere s:

Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiu-
torem dari.

An. Præsto est: audacissime oneris quiduis impone,
& feret:

Solus est homo amico amicus. Ge. eamus ergo ad eum
ocyus.

Ph. Abi, dic præsto vt sit domi.

An. Nunquid est, quod opera mea vobis opus sit?

C

Ge,

PHORMIONIS

Ge. nihil: verum abi domum.

Et illam miseram, quam ego nunc intus scio esse ex-
animatam metu,

Consolare: cessas? An. nihil est, æquè quod faciam
lubens.

Ph. Qua via istuc facies? Ge. dicam in itinere: modo
te hinc amoue.

ACTVS IIII. SCENA I.

Demipho, Chremes.

Senum deli-
beratio, de
elocanda
Chremetis
filia.

Quid? qua profectus causa hinc est Lemnum
Chremes?

Adduxtin' tecum filiam? Ch. non. De. quid ita non?

Ch. Postquam vidit me eius mater esse hic diutius,

Simul autem non manebat ætas virginis

Meam negligentiam: ipsam cum omni familia

Ad me profectam esse aiebant. De. quid illic tã diu

Quæso igitur commorabare, vbi id audiueras?

Ch. Pol me detinuit morbus. De. vnde: aut qui? Ch.
rogas?

Senectus ipsa est morbus: sed venisse eas

Saluas audini ex nauta, qui illas vexerat.

De. Quid gnato obtigerit me absente audistin' Chre-
mes?

Ch. Quod quidem me factum consilij incertũ facit:

Nam hanc conditionem si cui tulero extrario,

Quo pacto, aut vnde mihi sit, dicendum ordine est,

Te mihi fidelem esse æquè, atq; egomet sum mihi,

Sciebam

ACTVS IIII. SCENA II.

202

Sciebam : ille si me alienus affinem volet,
 Tacebit, dum intercedet familiaritas :
 Sin spreuerit me, plus quam opus est, scito, sciet :
 Vereorq; ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
 Quod si fit, vti me excutiam, atq; egrediar domo,
 Id restat : nam ego meorum solus sum meus.
 D. Scito ita esse, & isthac mihi res sollicitudini est:
 Neq; defatiscar vsq; aded experirier,
 Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero.

ACTVS IIII. SCENA II.

Geta.

EGO hominem callidorem vidi neminem,
 Quam Phormionem, venio ad hominem, vt di-
 cerem

Senariss

Argento opus est, & id quo pacto fieret:
 Vix dum dimittium dixeram : intellexerat,
 Gaudebat : me laudabat, querebat senem.
 Djs gratias agebat, tempus sibi dari,
 Vbi Phædriæ se ostenderet nihilominus
 Amicum esse, quam Antiphoni, hominem ad forum
 Iussi opperiri : eò me esse adducturum senem.
 Sed eccum ipsum : quis est vltior? at at Phædria
 Pater venit : sed quid pertimui autem belua?
 An quia, quos fallam pro vno duo sunt mihi dati?
 Commodius esse opinor duplici spe vtier.
 Petam hinc vnde a primo institui is si dat, sat est :
 Si ab hoc nihil fiat, tam hunc adortar hospitem.

Inuersio di-
 gna auda-
 cissimo ho-
 mine.

PHORMIONIS

ACTVS IIII. SCENA III.

Antipho, Geta, Chremes, Demipho.

EXpecto, quàm mox recipiat huc sese Geta.
Sed patruum cum patre video astantem, hei mihi,

Quàm timeo aduentus huius, quo impellat patrem.

Ge. Adibo hosce: ô noster Chremes Ch. salue Geta.

Ge. Venire saluom volupe est. Ch. credo. Ge. quid agitur?

Ch. Multa aduenienti, vt sit, noua hic compluria.

Ge. Ita de Antiphone audistin' quæ facta? C omnia.

Ge. Tuné dixeras huic? facinus indignum Chreme,

Sic circumiri? De. cum hoc id agebam commodum.

G. Nam hercle ego quoq; id quidem mecum agitan's sedulò,

Inueni, opinor, remedium huic rei. De. quid Geta?

Quod remedium? Ge. vt abij abs te, sit fortè obuiam

Mihi Phormio. Ch. qui Phormio? Ge. is, qui istam.

Ch. scio.

Ge. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam:

Prehendo hominem solū: cur non inquam, Phormio

Vides, inter nos sic hæc potius bona

Vt componantur gratia, quàm cum mala?

Herus liberalis est. & fugitans litium:

Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò

Vno ore antores fuere, vt præcipitem hanc daret.

An. Quid

ACTVS IIII. SCENA III.

203

An Quid hic ceptat? aut quò euadet hodie? Ge. an legibus

Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia, sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.
Verùm pone esse victum eum: ac tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.

Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
Soli sumus nunc, inquam: eho dic, quid velis dari
Tibi in manum, vt herus desistat litibus:

Hæc hinc faceffat, tu molestus ne fies.

An satin' illi Dij sunt propitij? Ge. nam sat scio,

Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris,
Vt ille est bonus vir, tria non commutabitis

Verba hodie inter vos. De quis te isthæc iussit loqui?

Ch. Imò non potuit melius peruenirier

Eò, quò nos volumus. An. occidi. Ch. perge eloqui.

G. At primò homo insanibat. C. cedo quid postulat?

G. Quid enim quantum libuit. Ch. dic. Ge. si quis

Talentum magnum. Ch. imò malum (daret

hercle: vt nihil pudet?

Ge. Quod dixi adeo ei: quæso, quid si filiam

Suam vnicam locaret? parui retulit

Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat.

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:

Hæc deniq; eius fuit postrema oratio:

Ego, inquit, iam à principio amici filiam,

PHORMIONIS

Ita vt æquom fuerat, volui vxorem ducere,
 Nam mihi venit in mentem eius incommodum,
 In seruitutem pauperem ad ditem dari:
 Sed mihi opus erat, vt apertè tibi nunc fabuler,
 Aliquantulum quæ afferret, quì dissoluerem
 Quæ debeo: & etiam nunc, si volt Demipho
 Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,
 Nullam mihi malim, quam isthanc vxorem dari.
 An. Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia
 Dicam, scientem an imprudentem, incertus sum.
 De. Quid si animam debet? Ge. ager oppositus est
 pignori
 Ob decem minas, inquit, D age, age, iam ducat, dabo
 G. Ædiculæ item sunt ob decem alias. De. hei, hui,
 Nimium est. Ch. ne clama petito haste à me decem.
 G. Vxori emunda ancillula est, tum autem pluscula
 Supellectile opus est: opus est sumptu ad nuptias:
 His rebus pone sane, inquit, decem minas.
 D. Sexcentas proinde potius scribito iam mihi dicas
 Nihil do, impuratus me ille vt etiam irrideat?
 Ch. Quæso, ego dabo, quiesce: tu modo filius
 Fac vt illam ducat, nos quam volumus. An. hei mihi
 Geta, occidisti me tuis fallacijs.
 C. Mea causa eijcitur: me hoc æquom est amittere.
 Ge. Quantum potes me certiozem, inquit, face,
 Si illam dant, hanc vt omittam, ne incertus siem:
 Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.

Ch. Iam

ACTVS IIII. SCENA IIII.

204

Ch. Iam accipiet: illis repudium renunciat:
Hanc ducat. De. quæ quidem ille res vortat malè.
Ch. Oportunè adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia:
Id sumam: vxori tibi opus esse, dixero.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

Antipho, Geta.

G. Eta. Ge. hem. An. quid egisti? Ge. emunxi ar-Senarij.
gento senes.

An. Satin' id est? Ge. nescio hercle, tantum iussus Epitasis.
sum.

An. Ebd' verbero, aliud mihi respondes ac rogo? Periculum

Ge. Quid ergo narras? An. quid ego narrem? opera est, ne An-
tua tipho vxorem amit-

Ad restim mihi quidem res redijt planissime: rem amit-

Vt te quidem omnes Dy, de aq³ superi inferi tat.

Malis exemplis perdant: hem si quid velis,

Huic mandes, quod quidem rectè curatum velis,

Qui te ad scopulum è tranquillo inferat.

Quid minus vribile fuit, quàm hoc vlcus tangere,

Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri

Posse iam extrudi, cedo, nunc porrò Phormio

Dotem si accipiet, vxor ducenda est domum:

Quid fiet? Ge. non enim ducet. An. noui cæterum

Cum argentum repetent, nostra causa scilicet

In neruom potius ibit. Ge. NIHIL est An. iphe,

Quin malè narrando possit deprauarier.

PHORMIONIS

Tu id, quod boni est, excerpis: dicis quod mali est.
 Audi nunc contra iam, si argentum acceperit,
 Ducenda est vxor, vt ais, concedo tibi:
 Spacium quidem tandem apparandi nuptias,
 Vocandi, sacrificandi dabitur paululum.
 Interea amici, quod polliciti sunt dabunt.
 Ge. Id ille istis reddet. An. quamobrem? aut quid
 dicet? Ge. rogas?

Quot res post illa, monstra euenerunt mihi?
 Introijt in ædeis ater alienus canis:
 Anguis per impluuium decidit de tegulis:
 Gallina cecidit: interdixit ariolus:
 Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui
 Negoci incipere: quæ caussa est iustissima.
 Hæc fient. An vt modò fiant. Ge siquidem me vide,
 Pater exit: abi, dic esse argentum Phædræ.

ACTVS IIII. SCENA V.

Iambici quadrati acatalectici.

Demipho, Geta, Chremes.

Facetum,
 quod seni
 nunc serò,
 vbi nihil o-
 pus est, plus
 quam super
 stitiosam
 diligentia
 tribuit.

Quietis esto inquam: ego curabo, ne quid ver-
 borum dunt.
 Hoc temerè nunquam amittam ego à me, quin mihi
 testis adhibeam,
 Cui dem: & quamobrem dem, commendabo. Ge. vt
 cautus est, vbi nihil opus est.
 Ch. Atq; ita opus factò est: ad matura dum libido
 eadem hæc manet:

Nam

ACTVS V. SCENA I.

205

Nā si altera illa magis instabit, forsitā nos reūciat.

Ge. Rem ipsam putasti. De. duc me ad eum ergo.

Ge. non moror. Ch. vbi hoc egeris,

Transito ad vxorem meam, vt conueniat hanc prius
quā hinc abeat:

Dicat eam dari nos Phormioni nuptum, ne succen-
seat:

Et magis esse illū idoneum, qui ipsi sit familiarior:

Nos nostro officio nihil egressos esse: quantum is
voluerit,

Alias, di-
gressos.

Datum esse dotis. De. quid tua (malum) id refert?

Famæ ratio
habenda.

Ch. magni Demipho.

De. NON SAT tuum te officium fecisse, si non id
fama approbat?

Ch. Volo ipsius quoq; voluntate hoc fieri, ne se eie-
ctam prædicet.

De. Idem ego istuc facere possum Ch. mulier mulieri
magis congruet.

De. Rogabo. Ch. vbi nunc illas ego reperire possim,
cogito,

Senarij.

ACTVS V. SCENA I.

Sophrona nutrix, Chremes.

Occasio ca-
tastrophes.

Quid agam? quem mihi amicum misera inue-
niam, aut cui consilia hæc referam?

Nam Chre-
mes agnos-

Aut vnde mihi auxilium petam?

cit suam fi-

Nam vereor, heri ne ob mecum suusum indignè iniu-
ria afficiatur.

(Iamb. tet. cat. esse Anti-
phoni.

PHORMIONIS

Troch. cat. Ita patrem adolescentis facta hæc tollerare audio
violenter.

Ch. Nam quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ
egressa est meo?

Iamb. acat. So. Quod ut facerem, egestas me impulit, cum sci-
Troch. rem infirmas nuptias

Hæc esse, ut id consulerem, interea vita ut in tuto
foret,

Ch. Certè ædepol nisi me animus fallit, aut parum
oculi prospiciunt, meæ

Nutricem gnatæ video So. neq; ille inuestigatur.

Ch. quid agam?

So. Qui est eius pater. Ch. adeo, an maneo, dum ea
quæ loquitur, magis cognosco?

So. Quod si eum nunc reperire possim, nihil est,
quod verear. Ch. ea ipsa est,

Mixtus tro. Colloquar. So. quis hic loquitur? Ch. Sophrona. S.
chaico & & meum nomen nominat?

Iambic. Ch. Respice ad me. So. Dî obsecro vos, estne hic
Stilpho? Ch. non. So. negas?

Iamb. qua. Ch. Concede hinc à feribus paululum istorsum sodes
Sophrona,

Ne me istoc posthac nomine appellas. So. quid
non is obsecro es,

Acata.

Quem semper te esse dictitasti? Ch. est. So. quid has
metuis fores?

Ch. Conclusam hic habeo vxorè sæuam, verum istoc
de nomine

ACTVS V. SCENA I.

Ed perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes
foris

Effutieretis, atq; id porro aliqua vxor mea resciscere-
ret.

So. Hem istoc pol nos te hic inuenire miseræ nun-
quam potuimus.

Ch. Eho dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac
vnde exis? (Iamb. quad. catalect.)

Aut vbi illæ sunt? So. miseram me, Ch. hem, quid est?
viuuntne? So. viuit gnata,

Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors con-
secuta est.

Ch. Male factum. So. ego autem quæ essem anus de-
serta, egens, ignota,

Vt potui, nuptum virginem locaui huic adolescenti
Harum qui est dominus ædium. Ch. Antiphoni ne
inquam? So. hem, isti ipsi.

Ch. Quid? duas ne is vxores habet? So. au obsecro,
vnam ille quidem hanc solam.

Ch. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? So. hæc
ergo est. Ch. quid ais?

So. Composito est factum, quomodo hanc amans ha-
bere posset

Sine dote. Ch. Dij vostram fidem, quam sepe fortè
temerè

Eueniunt, quæ non audeas optare? offendi adueni-
ens,

Qui

PHORMIONIS

Qui cum volebam, atq; vt volebam, collocatam fili-
liam.

Quod nos ambo opere maximo dabamus, vt fieret
operam,

Sine nostra cura, maxima sua cura, hæc sola fecit,
So. Nunc quid factum est opus, vides? pater adolescen-
tus venit,

Eumq; animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. Ch. ni-
hil periculi est.

Sed per Deos atq; homines meam esse hanc, caue re-
sciscat quisquam,

So. Nemo ex me scibit. Ch. sequere me, cætera intus
audies.

ACTVS V. SCENA II.

iamb. quadr. catalect.

Demipho, Geta.

NOstrapte culpa facimus, vt malos expediat
esse,

Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos:
Ita fugias, NE PRÆTER casam, quod aiunt,
nonné id sat erat,

Accipere ab illo iniuriam? etiam argumentum est
vltro obiectum,

Vt sit qui viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat
Ge. Planissime. De his nunc præmium est, qui recta
praua faciunt.

Ge. Ve.

ACTVS V. SCENA II.

Ge. Verissime D. vt stultissime quidem illi rem gesserimus.

Ge. Modò vt hoc consilio possit discedi, vt istam ducat.

De. Etiamne id dubium est? Ge. haud scio hercle vt homo est, an mutet animum.

De. Hem, mutet autem? Ge. nescio: verùm, si forte dico.

De. Ita faciam, vt frater censuit, vxorem huic eius adducam,

Cum ista vt loquatur: tu Geta abi. prænuncia hanc venturam.

Ge. Argentum inuentum est Phædriæ: de iurgio fitur:

Promissum est, ne in præsentia hæc hinc abeat: quid nunc porro,

Quid fiet? in eodem luto hæsitas, vorsuram solues

Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt,

Nisi prospicis: nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,

Ne quid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

ACTVS V. SCENA III.

Iamb. quad. catalect. &
acatalectici.

Demipho

PHORMIONIS

Demipho, Nausistrata, Chre-

mes.

Anger gra-
tiam Demi-
phonis stul-
ta sedulitas
ineijcienda
urn.

Agedum, vt soles Nausistrata, fac vt illa place-
tur nobis,
vt sua voluntate id. quod est faciendum, faciat. Na.
faciam.

De. Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re o-
pitulata es.

Na. Factum volo: ac pol minus queo viri culpa, qua
me dignum est.

De. Quid autem? Na. quia pol mei patris bene parta
indiligenter

Tutatur: nam ex his praedijs talenta argenti bina
Statim capiebat: hem, vir viro quid praestat? De.
bina quaeso?

Na. Ac rebus vilioribus multo, tamen duo talenta.
De hui.

Na. Quid haec videntur? De. scilicet. Na. virum me
natam vellem:

Ego ostenderem. De. scilicet. Na. quo pacto? De.
parce sodes,

am. quad. Vt possis cum illa, ne te adolescens mulier defati-
ata.

Na. Faciam, vt iubes: sed meum virum abs te exire
video. Ch. hem Demipho,

Iam illi datum est argentum? De. cur aui illico. Ch.
nellem datum.

Mei

ACTVS V. SCENA III.

Hei, video vxorem, penè plus, quàm fat erat. De. cur
nolles Chreme?

Ch. Iam rectè. De. quid tu? ecquid locutus cum ista
es, quamobrem hanc ducimus?

Ch. Transegi. De. quid ait tandem? Ch. abduci non
potest. De. qui non potest?

Ch. Quia vterq; vtriq; est cordi. De. quid istuc no-
stra? Ch. magni, præter hæc

Cognatam comperi esse nobis. De. quid deliras? C.
sic erit:

Non temerè dico: redi mecum in memoriã. De. sa-
tine sanus es?

Na. Au, obsecro, caue ne in cognatam pecces. D. non
est. Ch. non nega:

Patris nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. D. non
norat patrem?

Ch. Norat. De. cur aliud dixit? Ch. nunquam ne ho-
die concedes mihi,

Neq; intelliges? De. si tu nihil narres. Ch. pergis?
Na miror quid hoc fiet.

De. Equidem hercle nescio. Ch. vni scire? at ita me
seruet Iupiter,

Vt proprior illi, quàm ego sum, ac tu, homo nemo
est. De. Dij vostram fidem:

Iamus ad ipsam vna omneis nos: aut scire, aut ne-
scire hoc volo. Ch. ab.

De. Quid est? Ch. itane parvam mihi fidem
apud

PHORMIONIS

apud te? De. vin' me hoc credere?
 Vin satis quæsitum mihi istuc esse? age fiat, quid illa
 filia

Amici nostri, quid futurum est? Ch. rectè. De. hanc
 igitur mittimus?

Ch. Quid ni? De. illa maneat? Ch. sic. De. ire igitur
 tibi licet Nausistrata.

Na. Sic pol commodius esse in omncis arbitror, quã
 vt cæperas,

Manere hanc: nam per liberalis visa est, cum vidi,
 mihi.

De. Quid istuc negoci est? Ch. iamné operuit ostiũ?
 De. iam. Ch. ó Iuppiter,

Dij nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo
 filio. Da. hem,

Quod pacto id potuit? Ch. non satis tutus est ad nar
 randum hic locus.

De. At tu intro abi. Ch. hem, ne filij quidem nostri
 hoc resciscant, volo.

ACTVS V. SCENA IIII.

Iamb. quadrati catalectici.

Antipho.

Lætus sum, vt vt meæ res sese habent, fratri ob
 tigiſſe quod volt.

Quam scitum est, eiusmodi parare in animo cupidi
 tates,

Quas, cum res aduorsæ sient, paulò mederi possis?

Hic

ACTVS V. SCENA V.

209

Hic simul argentum reperit, cura sese expediuit
Ego nullo possum remedio me exoluere ex his tur-
bis,
Quin si hoc celetur, in metu: sin patefit, in probro
siem.
Neq; me domum nunc recipere, ni mihi spes esset
ostensa
Huiusce habendæ, sed vbinam Getam inuenire pos-
sum,
Vt rogem, quod tempus conueniendi patris me cape-
re iubeat?

ACTVS V. SCENA V.

PHORMIO, ANTIPHO.

Argentum accepi, tradidi lenoni: adduxi multi-
erem:
Curaui, propria ei Phædria vt potiretur: nam emis-
sa est manu.
Nunc vna res mihi restat, quæ est etiam conficiundæ
Ab senibus ad potandum vt habeam: nam (ocium
aliquot hos sumam dies.
An. Sed Phormio est: quid ais? Ph. quid? An quidnam
nunc factururus Phædria?
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?
Ph. Vicissim parteis tuas acturus est. An. quas? Ph. vt
fugitet patrem:

d

Te

PHORMIONIS

Te suam rogavit rursus ut ageres, causam ut pro se
diceres.

Nam potaturus est apud me: ege me ire senibus Su-
num.

Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, dudum
quam dixit Geta,

Ne, cum hic non videant me, conficere credant ar-
gentum suum,

Sed ostium concrepuit abs te. An. vide quis egredi-
tur. Ph. Geta est.

ACTVS V. SCENA VI.

Troch. Octon. cata.

GETA, ANTIPHON, PHORMIO.

Catastro-
phe pericu-
lorum Anti-
phonis,
quam casus
attulit, qui
ut in alijs
Comædys,
ita hic etiã
res pertur-
batus, quæ
cõsilio cor-
rigi non po-
terant, sa-
nat.

O Fortuna, ô fors fortuna, quantis commodita-
tibus,
Quam subito hero meo Antiphoni ope vestra hunc
onerastis diem?
An. Quidnam hoc sibi volt? Ge. nosq; amicos eius ex-
onerastis metu?
Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc oner-
o pallio,
Atq; hominem propero inuenire, ut hæc, quæ conti-
gerint, sciat:
An. Num tu intelligis, quid hic narret? Ph. num tu
An. nihil. Ph. tantundem ego.
Ge. Ad lenonem hinc ire pergam: tibi nunc sunt. An.
heus Geta, Ge. hem tibi;

Num

210.

ACTVS V. SCENA VI.

Nam mirum aut nouum est, reuocari, cursum cum institueris? An Geta.

Ge. pergin hercle nunquam tuo odio vinces me. An. non manes?

Ge. Vapulabis. An. id quidem tibi iam fiet, nisi resistis verbero.

Ge. Familiariorem oportet esse hunc minitatur malum.

Sed isne est quem quero, an non? Ipsus est Ph congregere actutum. An. quid est?

Ge. Omnium, quantum est qui viuant, hominum homo honoratissime:

Nā sine controuersia à Dijs solus diligere Antipho.

An. Ita velim: sed qui istuc credam ita esse, mihi dici velim.

G. Satin est, si te delibutum gaudio reddo? An. enecas

Ph. Quin tu pollicitationes aufer, & quod fers, cedo.

Ge. oh,

Tu quoq; hic aderas Phormio? Ph. aderam? sed cessas?

Ge. accipe, hem,

Vt modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domum

Sumus profecti: interea mittit herus me ad vxorem tuam.

An. Quamobrem? Ge. omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem Antipho:

Vbi in Gynæceum ire occipio, puer ad me adcurrit

Mydas?

d 2

Porro

PHORMIONIS

Porro apprehendit pallio, resupinat: respicio: rogo,
 Quamobrem retineat me: ait esse vetitum intrò ad
 heram accedere:

Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introdux-
 it Chremen,

Eumq; nunc esse intus cum illis: hoc vbi ego audiui
 ad fores,

Suspensò gradu placidè ire perrexi: accessi. astiti,
 Animum compressi: aurem admoui: ita animum cœ-
 pi attendere,

Hoc modo sermonem captans. An. euge Geta. Ge. hic
 pulcherrimum.

Facinus audiui: itaq; penè hercle exclamaui gaudio.

Ph. Quid? Ge. quodnam arbitrare? An. nescio. Ge. at-
 qui mirificissimum:

Patruus tuus pater est inuentus Phanio vxori tuæ.
 An. hem,

Quid ais? Ge. cum eius consuevit olim matre in Le-
 mmo clanculum.

Ph. Somnium: vtin' hæc ignoraret suum patrem? Ge.
 aliquid credito

Phormio esse causæ: sed me censeri potuisse omnia
 Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi ege-
 rint?

Ph. Atq; hercle ego quoq; illam audiui fabulam. Ge.
 imò etiam dabo

Quo magis credas: patruus interea inde egreditur
 foras: Haud

211

ACTVS V. SCENA VII.

*Haud multò post cum patre idem recipit se intrò,
denuò :*

Ait vterq; tibi potestatem eius habendæ se dare:

*Demiq; ego sum missus, te vt requirerem, atq; addu-
cerem.*

An. Hem quin ergo? rape me: quid cessas? Ge. fecero.

An. ô mi Phormio

*Vale. Ph. Vale Antipho: bene, ita me Dij ament, fa-
ctum: gaudeo.*

ACTVS V SCENA VII.

PHORMIO.

T *Antam fortunam de improviso esse his datam?
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam suorum æqualium supplex fiet.
Nam idem hoc argentum, ita vt ingratum est datum,
His datum erit: hoc qui cogam, re ipsa reperi,
Nunc gestus mihi, vultusq; est capiendus nouus?
Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum,
Inde hisce ostendam me, vbi erunt egressi foras:
Quò me a simularam ire ad mercatum, non eo.*

ACTVS V. SCENA VIII.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

D *lis magnas meritò gratias habeo atq; ago,
Quando euenere hæc nobis frater prosperè.
Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est.*

PHORMIONIS

Prius, quàm dilapidet nostras triginta minas,
 Ut auferamus. Ph. Demiphonem si domi est,
 Visam, ut quod De. at nos ad te ibamus Phormio.
 Ph. De eadem hac fortasse causa? De. ita hercle. Ph.
 credidi.

Facet & iro- Quid ad me ibatis? ridiculum: an veremini,
 nia Phormi- Ne non id facerem, quod recipissem semel?
 onis, quibus Heus quanta quanta hæc mea paupertas est: tamon
 sibi aditum Adhuc curavi vnum hoc quidem, ut mihi esset fides.
 facit ad se- Ch. Est ne ea, ita ut dixi liberalis? De. oppido.
 nes decipi- Ph. Itaq; ad vos venio nunciatum Demipho,
 endos. Paratum me esse: vbi voltis, vxorem date.
 Nam omneis posthabui mihi res, ita uti par fuit,
 Postquam, tantopere id vos velle, animum aduerte-
 ram.

De. At hic debortatus est me, ne illam tibi darem:
 Nam qui erat rumor populi, inquit, si id feceris?
 Olim cum honestè potuit, tum non est data:
 Nunc viduam extrudi, turpe est: ferme eadem
 omnia,

Quæ tute dudum coram me incusaueras.
 Ph. Satin' superbè illuditis me? De. qui? Ph. rogas?
 Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
 Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?
 Ch. Tum autem Antiphonem video ab sese amittere.
 Inuitum eam: inque. De. tum autem video filium
 Inuitum sane mulierem ab se amittere,

Sed transi sodes ad forum, atq; illud mihi
Argentum iube rursus rescribi Phormio.

Ph. Quod? nã ego perscripsi porro illis, quibus de-
bui.

De. Quid igitur fiet? Ph. si vis mihi vxorem dare
Quam despondisti, ducam: sin est vt velis
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho:
Nam non est æquom me propter vos decipi,
Cum ego vestri honoris causa repudium alteri
Remiserim, quæ dotis tantundem dabat.

De. I hinc in malam rem cum istac magnificentia
Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? Ph. irritor. De tunc hanc duce-
res,

Si tibi data esset? Ph. fac periculum. De. vt filius
Cum illa habitet apud te: hoc vobstrum consilium
fuit,

Ph. Quæso, quid narras? De. quin tu mihi argentum
cedò.

Ph. Imò verò tu vxorem cedò. De. in ius ambula.

De. Quid facies? Ph. egone? vos me indotatis mo-
dò,

Patrocinari fortasse arbitramini:

Etiam dotatis soleo Ch. quid id nostra? Ph. nihil.

Hic quandam noram, cuius vir vxorem. Ch. bem.
De. quid est?

PHORMIONIS

Ph. Lemni habuit aliam. Ch. nullus sum. Ph. Ex qua
filiam

Suscepit, & eam clam educit. Ch. sepultus sum.

Ph. Hæc ededò ego illi iam denarrabo. Ch. obsecro,
Ne facias. Ph. ob, tun' is eras? De. vt ludos facit.

Ch. Missum te facimus. Ph. fabulæ. Ch. quid vis tibi?

Argentum quod habes, condonamus te. Ph. audio:

Quid vos (malum) ergo me sic ludificamini

Inepti, vestra puerili sententia?

Nolo, volo: volo, nolo, rursum cedo, cape:

Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum.
irritum est.

Ch. Quo pacto, aut vnde hæc hæc rescivit? D. nescio,
Nisi me dixisse id nemini, certò scio.

Ch. Monstri, ita me Dii ament, simile. Ph. inieci scrupulum. De. hem,

Hiccinè vt à nobis hoc tantum argenti auferat.

Tam aperte irridens? emori hercle satius est:

Animo virili præsentiq; vt sis para.

Vides tuum peccatum esse elatum foras,

Neq; iam id celare posse te vxorem tuam:

Nunc quod ipse ex alys auditura sit Chreme,

Id nosmet indicare placabilius est.

Tum hunc impuratum poterimus nostro modo

Vlcisci Ph. at at, nisi mihi prospicio, hæreo:

Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.

Ch. At vereor vt placari possit. De. bono animo es,

ACTVS V. SCENA VIII.

213

Ego redigam res in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Cum è medio excessit, vnde hæc suscepta est tibi
Ph. Itane agitis mecum? satis astute egredimini:

Non hercle ex re istius me instigasti Demipho.
Ain' tu, vbi peregrè, tibi quod lubitum fuit feceris,

Neq; huius sit veritus fœminæ primariæ,
Nouo modo ei quin faceres contumeliis,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum:
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,

Vt ne restinguas lacrumis, si extillauerus.
De. Malum, quod isti Dij Deæq; omnes diuint
Tantane affectum quenquam esse hominem audaciæ
Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? Ch. in id redactus sum loci,
Vt, quid agam cum illo, nesciam prorsus. De. ego

scio:

In ius eamus? Ph. in ius? huc, si quid lubet.

De. assequere, acretine, dum hinc ego seruos euoco:

Ch. Etenim nequeo solus? accurre huc. Pa. vna iniu-
ria est

Tecum. De. lege agito ergo. Ph. altera est tecum
Chreme.

De. Rapenunc. Ph. ita ne agitis? enimvero voce est
quis.

Nausistrata exi. Ch. os opprime. De. impurum vide
Quantum valet. Ph. Nausistrata inquam. Ch. non
taces?

d. s.

Ph.

PHORMIONIS

Ph. Taceam? De. nisi sequitur, pugnos in ventrem
ingere.

Alias, exci- Ph. Vel oculum exculpe: est ubi vos vlciscar locus.
de.

ACTVS V. SCENA IX.

Senarij Trochaici Octonarij
catalectici.

NAVSISTRATA, CHREMES, PHOR-
MIO, DEMIPHO.

Quis nominat me? Ch. hem. Na. Quid istuc tur-
bae est obsecro

Mi vir? Ph. hem, quid nunc obticuisisti? Na. quis hic ho-
mo est?

Abi, corri- Non mihi respondes? Ph. hiccine vt tibi respondeat,
pit. Qui hercle ubi sit, nescit? Ch. caue isti quicquam cre-
Phormio das.

mira arte Ph. Abi, tange, si non totus friget, me eneca.

Phædræ Ch. Nihil est. Na. quid ergo est? quia isthic narrat?
matrē con- Pb. iam scies:

ciliat, vt ar Ausculta. Ch. pergin' credere? Na. quia ego obse-
gentum fa- cro

cilius aufe- Huic credam, qui nihil dixit? Ph. delirat miser.

rat pro Ci- Timore. Na. non pol temerè est, quod tu tam i-
tharæstria. mes.

Ch.

ACTVS V. SCENA IX.

214

Ch. Egon' rimeo? Ph. rectè sanè: quando nihil ti-
mes,

Et hoc nihil est, quod ego dico, tu narra. De scelus

Tibi narret? Ph. eho tu, factum est abs te sedulo

Pro fratre. Na. mi vir, non mihi narras? Ch. at. Na.
quid at?

Ch. Non opus est dicto. Ph. tibi quidem? at scito huic
opus est.

In Lemno. Ch. hem, quid ais? De. non taces? Ph. clam-
te, Ch. hei mihi.

Vxorem duxit. Na. mi homo, Dij melius duint.

Ph. Sic factum est. Na. perij misera. Ph. & inde fili-
am.

Suscepit iam vnam, dum tu dormis. Ch. quid agi-
mus?

Na. prò Dij immortales, facinus indignum, & ma-
lum.

Ph. Hoc actum est. Na. an quicquam hodie est factū
indignius?

Troch. oct.

Qui mihi, vbi ad vxores ventum est, tum fiunt se-
catalect,

Demipho, te appello, nam me cum hoc ipso distædet
loqui.

Hæccine eram itiones crebræ, & mansiones diu-
tinæ.

Lemni hæccine erat ea, quæ nostros fructus minue-
bat, yilitas?

De.

PHORMIONIS

De. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritum,
non nego,

Sed eam quæ sit ignoscenda. Ph. verba fiunt mor-
tuo.

De. Nam neq₃ negligentia tua, neq₃ id odio fecit
tuo.

Violentus ferè ab hinc annos quindecim, mulierc u-
laxi

Eam compressit, vnde hæc nata est, neq₃ post illam
vnquam attigit,

Ea mortem obiit: è medio abiit: qui fuit in re hac
scrupulus.

Quamobrem te oro, vt alia facta tua sunt, æquo a-
nimo hoc feras.

Na. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re
iam defungier.

Sed quid sperem? ætate porrò minus peccaturum
putem?

Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit,
An mea forma, atq₃ ætas nunc magis expetenda est
Demipho?

Quid mihi hic affers, quamobrem expectem, aut
sperem porrò non fore?

Ph. Exequias Chremeti, quibus est commodum ire,
hem tempus est.

Sic dabo, nuac, age Phormionem, qui volet, lacessi-
to:

275

ACTVS V. SCENA IX.

Faxo tibi eum maclatum, atq; hic est, infortunio.

Redeat sanè in gratiam: iam supplicij satis est mihi.
Habet hæc, ei quod, dum viuat, vsq; ad aurem obgan
niat.

Na. An meo merito credo? quid ego nunc commemo-
rem Demipho

Singillatim, qualis ego in hunc fuerim? **De.** noui e-
què omnia

Tecum. Na. meriton' hoc meo videtur factum? **De.**
minimè gentium:

Verùm, quando iam accusando fieri infectum non
potest;

Ignosce? orat, confitetur, purgat, quid vis amplius?

Ph. Enimvero prius quam hæc dat veniam, mihi pro-
spiciam & Phædriæ.

Heus Nausistrata prius, quam huic respondes teme-
ri, audi. Na quid est?

Ph. Egominas triginta per fallaciam ab ipso abstuli,
Eas dedi tuo gnato, is pro sua amica lenoni dedit.

Ch. Hem quid ais? **Na.** adeo hoc indignum tibi vide-
tur, filius

Homo adolescens si habet vnam amicam tu vxores
duas?

Nihil pudere? quo illum ore obiurgalis? responde
mibi.

De. Faciet, vt voles? **Ne.** imò, vt iam meam scias sen-
tentiam,

Neq;

PHORMIONIS

Neq; ego ignosco. neq; promitto quicquam, neque respondeo

Prius, quàm gnatum videro, eius iudicio permitto omnia:

Quod is iubebit, faciam. Ph. mulier sapiens est Nausistrata.

Na. Satin tibi est, Ph. imò verò pulchrè discedo, & probe.

Et præter spem Na. tu tuum nomen dic quod est.

Ph mihin' Phormio,

Vostræ familiæ hercle amicus, & tuo summus Phædræ.

Na. Phormio, at ego acastor posthac tibi, quod poterò, & quæ voles,

Faciamq; & dicam. Ph. benignè dicis. Na. pol meritum est tuum.

Catastro-
phe pericu-
lorū Phæ-
dræ.

Ph. Vin primum hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata,

Et quod tuo viro oculi doleant? Na. cupio. Ph. me ad cœnam voca.

Na. Pol verò voco. De. eamus intrò hinc. Ch. fiat. sed vbi est Phædræ.

Iudex noster? Ph. iam hic faxo aderit. Vos valete & Plaudite.

Calliopiùs recensui.

Sex Comœdiarum Terentij


FINIS.

166 102 p. 102

Est mihi namq³ domi pater. etc.

J. H. 23. W. H. M. G.

Lind Lind Luft



animum de dot
Et ut nuptiis
Venero parat
Socius sit

